



VI-686-*mag*



Handwritten text, possibly a date or reference number, mostly illegible due to fading.

W 00001533315

F.A. 061

v.7

~~Antoni Augustini~~

ANTONII  
AUGUSTINI

*ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS*

OPERA OMNIA.



LIBRERIA  
AUGUSTINI  
ARCHIEPISCOPI TARASCORVENSI  
ALTRA OMNIA

# ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS

## OPERA OMNIA

*Quæ multa adhibita diligentia colligi potuerunt.*

### Volumen Septimum

QUO

INSTITUTIONUM JURIS PONTIFICII FRAGMENTA DUO, NUNQUAM ANTEHAC EDITA  
BIBLIOTHECÆ GRÆCA MS. LATINA MS. MIXTA EX LIBRIS EDITIS VARIARUM LINGUARUM  
EPISTOLÆ CUM NOTATIONIBUS, NUNQUAM ANTEHAC EDITÆ  
FRAGMENTA HISTORICORUM EMENDATA A FULVIO URSINO. FULVII URSINI NOTÆ AD SALLU-  
STIUM, CÆSAREM, LIVIUM, VELLEJUM, TACITUM, SUETONIUM, SPARTIANUM, ET ALIOS  
MARCI TERENTII VARRONIS PARS LIBRORUM QUATTUOR ET VIGINTI DE LINGUA LATINA EX  
BIBLIOTHECA ANT. AUGUSTINI  
MARCI VERRII FLACCI QUÆ EXTANT ET SEXTI POMPEII PESTI DE VERBORUM SIGNIFICA-  
TIONE LIBRI VIGINTI EX BIBLIOTHECA ANT. AUGUSTINI

Continentur.



L U C Æ MDCCLXXII.

---

TYPIS JOSEPHI ROCCHII  
CENSORIBUS APPROBANTIBUS.

# ANTONI AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS  
OPERA OMNIA

Quae multis voluminibus ab ingenio suo  
Volumen Septimum

SUB

INSTITUTIONE PONTIFICIS SACRATISSIMI  
IN CHRISTO DOMINI MICHAELIS ANTONII  
CARDINIS ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS  
SACRATAE THEOLOGICAE FACULTATIS  
PRAEPOSITI, VICE-RECTORIS  
AC CENSURAE PRAESIDENTIS  
SACRAE THEOLOGICAE FACULTATIS  
PRAEPOSITI, VICE-RECTORIS  
AC CENSURAE PRAESIDENTIS  
SACRAE THEOLOGICAE FACULTATIS  
PRAEPOSITI, VICE-RECTORIS  
AC CENSURAE PRAESIDENTIS

CONTINENTUR.



L. U. C. A. MDCCCLXXII.

TYRIS JOSEPHI ROEMERII  
CENSORIUS AR. P. R. A. N. S.



V

# JOSEPHI ROCCHII TYPOGRAPHI

## P R Æ F A T I O.

**A**Ntequam ea ANTONII AUGUSTINI scripta, quæ ad pontificium pertinent jus, nos omnia expediamus, unus est reliquus libellus quidam, qui continet ipsius Juris Pontificii Institutiones, seu potius fragmenta nonnulla earum Institutionum. Optandum certe esset, ut ANTONIUS AUGUSTINUS id opus & prosequi, & absolvere potuisset. Nam, quæ hominis erat cum eruditio, atque omnis historiæ antiquitatisque notitia, tum judicium, & diligentia in scribendo, potiore hic liber inter illius scripta, priorem fortasse inter cetera id genus locum obtineret. Nunc quomodo se res habet, nil aliud hoc libello continetur, nisi pauca quædam, uti dixi, fragmenta, ac ne illa quidem universi operis complexa texturem atque ordinem, sed primi, ac secundi libri tantummodo Institutionum illarum. Eruditissimus Vir Gregorius Mayansius inter ANTONII AUGUSTINI scripta, quæ nunquam publicam viderunt lucem, de hoc libello sermonem\* fecit, illumque cum apud se in Bibliotheca haberet, summâ benignitate ad me misit: quo quidem finis habetur scriptorum Juris Pontificii, eodemque initium Septimi hujus Voluminis.

\* Vol. II.  
pag. xcviij.

Absolutis iis omnibus, quæ ad pontificium jus spectarent, reliqua, quæ ad historiam eruditionemque, vel ad mitiores pertinent litteras, sese, ut ita dicam, spontè prelis nostris subiiciunt. Itaque Bibliothecæ præstantissimæ, quæ ANTONIO AUGUSTINO fuit, tripartitus Index secundum in hoc Volumine locum obtinet. Prior hujus præclari Indicis pars libros exhibet manu græcè scriptos; altera latinos manu item scriptos; tertia denique mixtos ex variis linguis, eosque typis editos. Quanti faciendus sit ab eruditis Viris Index, de quo agimus, demonstratum satis fuit a doctissimo Gregorio Mayansio, qui in egregio suo de ANTONII AUGUSTINI Vitâ Commentario de insigni illius Bibliotheca, deque hoc Indice fusè scripsit\*. Nos itaque haud plura, ne gestum agamus in scena inspectante Roscio. Exemplo nos usi sumus, quod humanissimè ad nos misit ipse Mayansius descriptum Tarracone typis Philippi Mey An. MDLXXXVI. quæ quidem exempla rarissima facta sunt.

\* Pagg.  
LXXVI. &  
seqq. pag.  
xciv.

Epistolæ ANTONII AUGUSTINI tertium habent locum. Harum quidem permultæ latino sunt sermone conscriptæ; aliquot hispanicè scriptæ sunt; nonnullæ etiam hetruscè. De iis omnibus videnda sunt quæ scripsit mirâ plane cum eruditionis laude Gregorius Mayansius in Commentario\* de AUGUSTINI Vitâ. Nunquam hæ

\* Pagg.  
LXXXI. &  
seqq. xcviij.  
& seqq. c.  
& seqq.

omnes

omnes ANTONII AUGUSTINI Epistolæ simul editæ fuerant: immò magna earum pars nullo modo pulicam viderat lucem. Mayansius ad me illas liberalissimè misit; qui vir latinæ præsertim epistolæ notationibus illustravit. Hæ sanè Epistolæ plurimi faciendæ sunt; proptereaquod ad cetera ANTONII AUGUSTINI, & ad nonnulla etiam aliorum illius ætatis hominum clarissimorum scripta plenius intelligenda pertinere possunt.

Tum habetur in Volumine hoc liber ille, qui inscribitur: *Fragmenta Historicorum collecta ab Antonio Augustino, emendata a Fulvio Ursino. Fulvii Ursini Notæ ad Sallustium, Cæsarem, Livium, Vellejum, Tacitum, Suetonium, Spartianum, & alios.* Hæc Historiarum fragmenta ANTONIUS AUGUSTINUS diligentissimè, ut solebat, collegit. Qui autem illa emendarunt & illustrarunt fuerunt una cum ANTONIO AUGUSTINO Octavius Pantagathus, Gabriel Faernus, Petrus Ciacionius, M. Antonius Muretus, Latinus Latinius. Editus Liber fuit Antuerpiæ An. MDXCV.

M. Terentii Varronis Libri de Lingua Latina ab ANTONIO AUGUSTINO emendati, & Notationibus, atque decem Indicibus utilissimis aucti quinto loco habentur. In hoc describendo libro usus exemplari sum, quod ab ipso editum AUGUSTINO fuit Romæ An. MDLVII.

Postremum obtinent locum *M. Verrii Flacci quæ exstant, & Senti Pompeii Festi de Verborum Significatione Libri XX.* Quibus quidem omnibus ANTONIUS AUGUSTINUS multum attulit præsidii, adeoque multum eruditis hominibus utilitatis & commodi. Hæc typis edita fuerunt Venetiis An. MDLXIX. curante Carolo Sigonio, eoque exemplari usus ego sum.

Nos quidem de emendatione tum Varronis, tum Verrii & Festi, quæ ANTONII AUGUSTINI miram planè eruditionem, incredibilemque sedulitatem tantopere declarant, haud plura a nobis scribenda censemus: siquidem lubenti animo legentes reiiicimus ad præclarum Gregorii Mayansii Commentarium de ANTONII AUGUSTINI Vitâ\*, ubi multa de hisce emendationibus. Ad nos utrumque Librum misit doctissimus idemque humanissimus Vir Gerardus Meermanus Roterodamensis.

Volumen claudit rerum & verborum, quæ in toto Volumine notari debent, Index, quem ipse de more confeci.

\* Pagg.  
XXVII.  
XXVIII.  
LXXXV.



ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS

INSTITUTIONUM JURIS PONTIFICII

FRAGMENTA DUO.

*Nunquam antehac edita.*

**FRANCISCUS DE ROYE** Antecessor Andegavensis, *sub finem proœmii Canoniarum Institut.*

„ Utinam editæ essent Juris illius Institutiones, quas ab ANTONIO AUGUSTINO scriptas fuisse  
„ ait doctissimus Baluzius ad Gratiani Decretum: proculdubio iis me totum dedissem, nec ulla-  
„ tenuis manum amovissem calamo.

# ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS

## INSTITUTIONUM JURIS PONTIFICII

FRAGMENTA DUO.

### Liber Primus.



**J**US nostrum constat aut ex scripto, aut ex non scripto [a]. Scripto divina atque humana Jura (b) continentur. Divinum jus utriusque instrumenti tabulis comprehenditur (c), cujus Interpretes Theologos appellamus. Humana Jura Concilia Pontifices Maximos, insignesque aliquot viros, item Jus Civile habent auctores [d]. Quod ab his omnibus manat, scriptum Jus Pontificium est. Non scripto Mores atque Instituta censentur (e). De iis igitur singulis videamus ut cum de origine atque constitutione nostri Juris scriperimus, ad ea, quae ipso Jure continentur, facilior aditus pateat.

Divinum Jus, ut diximus, illis libris sacris comprehenditur, qui Veteris ac Novi Testamenti appellantur (f).

Veteris sunt quinque Moisis, Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, item Josue sive Jesus Nave, Judicum, Ruth, Regum libri quatuor, Paralipomenon duo, Esdrae duo, quorum alter Nehemias dicitur; Esther, Job, Thobias, Judith; Psalterium Davidicum centum & quinquaginta psalmodiarum; Salomonis libri quinque, Parabola Ecclesiastes, Canticam Canticorum, Sapientia, Ecclesiasticus, Prophetarum libri sexdecim, majorem quatuor Isaias, Hieremias cum Baruch, Ezechiel, Daniel: minorum duodecim, Osea, Joel, Amos, Abdias, Jonas, Micheas, Naum, Abbaeuc, Sophonias, Aggaeus, Zacharias, Malachias, & Machabeorum libri duo. Summa omnium libri quadraginta quatuor.

Novi vero Evangeliorum libri quatuor, Matthaei, Marci, Lucae, Joannis. Actus Apostolorum Lucae, Epistolae quatuordecim Pauli ad Romanos, ad Corinthios duas, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philipenses, ad Colossenses, ad Thessalonicenses duas, ad Timotheum duas, ad Titum; ad Philemonem, ad Hebraeos; Epistolae Canonicae septem, Petri duae, Joannis tres, Jacobi una, Judae una, & Apocalypsis Apostoli Joannis. Summa omnium libri viginti septem. His igitur uno & septuaginta libris legis Divinae praeccepta continentur. Hos solos in templis legi constitutum est (g), quod non est perpetuum, ut eo loco conscribimus, quo de oratione ac lectione agimus. Sed ut ex his quaedam statutis temporibus legantur, recipimus (h). Haec sacra volumina constitutum est semper sacerdotem legere debere (i). Pontificem nosse (k), & ceteros non ignaros esse (l). In his nullus error est (m), nullum mendacium (n), illis exceptis, quae vel librarius vel interpretes commiserunt [o], nam cum vetus lex Judaica lingua, nova lex Graeca conscripta sit, adire fontes licet (p). Vulgaris tamen latina interpretatio non abiiciatur (q). Utius ejus voluminis non is est, ut quod nobis commodum erit, sacris verbis usurpatis confirmare velimus: sed eorum sententia sequenda, quae probatissimi quinque persequi solent (r). Jam vero non omnia, quae veteris instrumenti esse diximus, & legis vim antea Judaeis habuerunt, nobis proposita sunt, ut ea omnia observemus [s]. Lex enim & Prophetarum usque ad Joannem (t). Sed ea, quae ad mores e jure naturae sumpta pertinent, quae Deus ipse Moysi duabus tabulis incisa dedit, perpetua sunt, & in omnes gentes ac

A 2

na-

a Ulpian. D. lib. 1. tit. 1. §. 3. Inst. lib. 1. tit. 2. §. 3. Isid. lib. 5. Etymol. cap. 2. Gratian. Dist. 1. c. 1.  
 b Augustin. Tract. 6. in cap. 1. Joann. Grat. Dist. 8. c. 1. c Idem ibid. Grat. Dist. 8. c. 1.  
 d Ivo in proleg. in princ. e Julianian. Inst. lib. 1. tit. 2. §. 9. Julian. D. lib. 1. tit. 2. l. 32. Hermogen. D. god. l. 35. Gratian. Dist. 12. c. 6. 7. f Can. Apostoli 85. Laodic. can. 59. Carthag. III. can. 24. Trident. Sess. 4. Innocent. ad Exuperium Epist. 2. alias 3. c. 7. Gelas. & LXX. Episc. Greg. Theolog. in Amphilocho. Carmine, Athanas. Epist. festiva Joann. Scholastic. Tit. 50. Arsen. 5. Muth. Blastar. II. Crescon. 299. Burch. lib. 3. c. 217. 218. 219. 220. Ivo lib. 2. tit. 11. c. 1. Panorm. Anselm. lib. 6. c. 195. 196. Adde Nicol. ad Episcop. Galliae, Grat. D. 19. c. 1. Eugen. IV. in Concil. Flor. g Laodicea. can. 58. Burch. lib. 3. c. 217. Carthag. III. can. 24. Anselm. lib. 6. cap. 196. Theodulph. ad presbyt. Aurelian. c. 3. Burch. lib. 3. cap. 198. Ivo lib. 2. tit. 11. c. 2. Panorm. h Toletan. IV. can. 16. Gelas. vel alius apud Burch. lib. 3. cap. 222. Ivo lib. 2. tit. 11. c. 2. & lib. 8. tit. 11. c. 1. Panorm. Grat. D. 15. c. 7. in fin. i Toletan. IV. c. 24. Burch. lib. 1. cap. 100. Grat. Dist. 38. c. 1. k VII. Synod. c. 2. Grat. Dist. 38. c. 6. Gregor. Lib. 12. Regest. epist. 6. Grat. Dist. 85. c. 1. l Gregor. in Pastoral. part. 1. c. 1. Grat. Dist. 38. c. 10. Hieronym. in prooem. comment. in Isaiam. Grat. ead. Dist. c. 9. m Augustin. in Prolog. lib. 3. de Trin. Grat. Dist. 9. c. 3. Idem Epist. ad Hieron. 9. & 19. Grat. ead. Dist. c. 5. & 7. n Idem August. ad Hieron. Epist. 9. o Idem Augustin. ad Hieron. Epist. 19. p Hieronym. Epist. 28. ad Lucin. Grat. Dist. 9. c. 6. Augustin. de vera relig. cap. 49. 50. Gratian. Dist. 38. c. 14. q Tridentin. Sess. 4. Decr. de Edit. & usu sacror. libror. r Clemens Epist. 5. Grat. Dist. 37. c. 14. Hieronym. lib. 9. ad c. 28. Esaias. Grat. ead. D. c. 4. s Basilius ad Diodor. & Amphil. cap. 27. & 29. Phot. Notomocan. tit. 1. c. 3. t Matthaei cap. 11. v. 3. Lucae cap. 16. v. 16.

nationes manant. At vero quæ Judæis quasi civile quoddam jus fuerant, sive ad religionem, sive ad judicia, sive ad illius temporis mores accommodata sint, Christi morte abrogata sunt. De illis nemo dubitavit, quæ vel ad historiam illorum temporum, vel ad futurorum vaticinationem pertinebant; quia eisdem finibus circumscribantur. Itaque hæc naturalia jura divina providentia constituta, semper firma atque immutabilia permanent; aliter omnino ac ea quæ civitas constituit, quæ sæpe mutari solent, vel tacito consensu populi, vel alia postea lege lata (a). His consequens est ut contra Jus hoc divinum & naturale nulla consuetudo (b) aut exceptio (c) permittatur. Ex hoc jure divino permulta Pontificio Juri permixta sunt: ut de summa Trinitate, de Fide, quæ Symbolo continetur, de omni hæresi seditiosorum & impiorum hominum, de sacramentis singulis, de omni genere virtutum atque vitiorum, de cultu denique Dei, & cælestium; quæ omnia nobis sunt cum theologis communia. Hæc de jure divino.

Humanum jus Conciliorum & Pontificum Maximorum & aliorum quæ supra enumeravimus, non dubium est, quin illi juri proximum sit, atque adeo divinum dici possit. Sed illius comparatione, quod a Deo ipso optimo maximo latum est, hoc ipsum, quod ab optimis viris est ortum, & frequenter est temporum varietati obnoxium, humani nomine appellamus. Concilia vero aut generalia sunt, aut singularum provinciarum (d): Generalia sunt, quæ universalis & œcumenica concilia sive synodos dicimus, quæ omnium Christianorum Pontificum convocatione legitima celebrantur, ut vel toti Republicæ Christianæ, vel multis consulatur. Provincialia, cum in singulis provinciis a maximo illius provinciæ Antistite Provinciales Episcopi congregantur, ut singulis provinciis, vel civitatibus consulatur. Sunt etiam conventus sacerdotum ac synodi, quæ a singulis minoribus Pontificibus habentur, de quibus alio loco dicemus. At vero generalia quædam Latinis Græcisque communia; quædam tota latinorum sunt. Ex illis insigniora quatuor, quæ tamquam quatuor Evangeliorum libros veneratur Ecclesia (e) Nicænum, Constantinopolitanum, Ephesinum, Chalcedonense. Alia quinque maximæ

auctoritatis. Quintum, & Sextum Constantinopolitana, Nicænum alterum, atque Octavum (f) quod duplex est, Hadriani & Joannis Pontificum Maximorum (g), item Nonum, quod est Florentinum. Latina tantum septem insigniora: Lateranensis tria, Alexandri, Innocentii, & Leonis: Lugdunense, Viennense, Constantiense, & quod hoc tempore habetur Tridentinum. Apud Græcos tantum duo sunt, quæ a nostris non recipiantur. Sextum enim duplex habetur; item Octavum triplex. Sed nos illud Trullanum; posterius hoc Photianum appellamus, & inter minus recepta alio loco collocavimus. Omnium autem conciliorum libri continent aut acta conciliorum, aut decreta, quæ regulas vel canones dicimus, aut utrumque. Acta quidem tantum quinta & sexta synodus, non etiam regulas constituit (h). Ex actis tamen rara admodum sunt, quibus in nostro jure utamur; maxima vero pars ex corpore canonum constat, in quibus illa non sunt, licet acta omni cultu veneremur [i]. Quot vero canones singula generalia concilia fecerint, & quibus temporibus habita sint, breviter enarramus. Constat a Constantino cœpisse omnium Pontificum conventus haberi. Namque antea vix sub impiis principibus vivere Christianis hominibus licebat (k). Itaque Nicænum trecentorum decem & octo Episcoporum, quo Arius damnatus est, tum primum habitum est ex auctoritate Silvestri Pontificis Maximi (l). Hic septuaginta regulæ constitutæ sunt (m). Sed viginti obtinent principatum, quarum Auctor fuisse putatur Alexander Alexandrinus Antistes (n). Ceteras Antiocheno concilio adjectas esse quidam retulerunt [o]. Extant tamen aliquot tum alibi; tum in Epistola Julii ad Orientales. Alterum Theodosio Majore Augusto, Damaso Pontifice Maximo auctoribus Constantinopoli a centum & quinquaginta Pontificibus habitum est: in quo Macedonius damnatus est: tres canones conscripti sunt, quorum auctor Nestarius Constantinopolitanus (p). Tertium Ephesinum auctore Cælestino & Theodosio Minore, in quo damnatur Nestorius & Pelagius a ducentis Episcopis (q). Hujus canones \* quindecim, quorum auctor Cyrillus Alexandrinus (r). Chalcedonense Leone Pont. Max. & Marciano Augusto auctoribus a sexcentis triginta

\* Octo dumtaxat canones Ephesini Concilii habet Codex Canonum Ecclesiæ universæ a Justello editus. Item Joannes Scholasticus septem Ephesinæ Synodo canones tribuit in ordine canonum, quem suæ collectioni præmisit.

a Paul. ad Hebr. c. 7. v. 12. Concil. Laodic. c. 29. Grat. D. 6. in fin. Gregor. lib. 3. Regest. Epist. 2. Greg. IX. D. lib. 1. tit. 1. cap. 3.

b Justinian. Inst. lib. 1. tit. 2. §. 11. Isidor. lib. 5. Etymol. cap. 4. Grat. Dist. 1. cap. 7. & Dist. 6. in fin.

c Nicolaus ad Hincmar. Rhem. Ivo lib. 2. tit. 12. cap. 28. Panorm. Greg. IX. Decretal. lib. 1. tit. 4. cap. 11. Adde Gregor. lib. 1. Epist. 75. Ivonem lib. 2. tit. 12. cap. 21. Gratian. Dist. 8. cap. 2. 3. 4. 5. 6.

d Augustin. Epist. 50. ad Bonifac. Grat. Dist. 9. cap. 1. Item Dist. 13. 1. part. Ivo in Prolog. 4. 1.

e Gratian. Dist. 3. part. 2. f Gregor. lib. 1. Epist. 24. Grat. Dist. 15. cap. 2. Innocent. III. Greg. IX. lib. 1. Decr. tit. 9. cap. 11. Isidor. lib. 6. Etymol. c. 16. Ivo lib. 2. tit. 11. cap. 16. Grat. Dist. 15. Novell. 131. c. 1. Phot. Nomocan. Tit. 1. cap. 2. g Professio summorum PP. ex lib. Diurno. Ivo lib. 2. tit. 11. cap. 15.

Grat. Dist. 16. cap. 8. h Ivo in Prolog. 5. 23. Gratian. caus. 7. q. 1. part. 8. ante c. 45. Idem Grat. Dist. 63. c. 1. & 2. Ivo lib. 3. tit. 2. cap. 1. i Trull. Grat. Dist. 16. cap. 7. k Nicol. Episcop. Gallie Grat. Dist. 19. c. 1.

l Isidor. lib. 6. Etymol. cap. 16. Ivo lib. 2. tit. 11. cap. 16. Grat. Dist. 15. cap. 1.

m Gelaf. & LXX. Episcop. Burch. lib. 3. cap. 220. Ivo lib. 2. tit. 11. cap. 3. Panorm. Grat. Dist. 15. c. 3. Isidor. lib. 6. Etymol. cap. 16. Ivo lib. 2. tit. 11. cap. 16. Panorm. Grat. Dist. 15. cap. 1. Beda in lib. de temporib. c. 69. Grat. Dist. 16. cap. 9. Item ante prælat. Isidori collect. conciliorum. Grat. D. 16. cap. 10.

n Athanas. & Egyptii Episcopi ad Marcum Papam. Anselm. lib. 1. cap. 59. Gratian. Dist. 16. cap. 12.

o Ante Isidori Mercatoris Collectionem Conciliorum. Grat. Dist. 16. c. 10. p Stephan. Luthobio Maguntino Episcopo. Ivo lib. 2. tit. 11. cap. 19. Panorm. Grat. Dist. 16. cap. 13. q Gelafus in Synodo LXX. Episcop. Burch. lib. 3. cap. 220. Ivo lib. 2. tit. 11. cap. 3. Grat. Dist. 15. cap. 3. Gregor. lib. 1. Epist. 24. & lib. 6. epist. 31. Grat. Dist. 16. cap. 2. & 9. Item ante collect. conciliorum. Isid. Mercat. Grat. Dist. 16. c. 10.

r Gelafus in Synodo LXX. ut supr. Greg. lib. 5. ep. 14. lib. 7. ep. 47. in fin. Greg. IX. Decr. lib. 5. tit. 7. cap. 4.

s Gelafus in Synodo LXX. ut supr. Greg. lib. 5. ep. 14. lib. 7. ep. 47. in fin. Greg. IX. Decr. lib. 5. tit. 7. cap. 4.

t Gelafus in Synodo LXX. ut supr. Greg. lib. 5. ep. 14. lib. 7. ep. 47. in fin. Greg. IX. Decr. lib. 5. tit. 7. cap. 4.

u Gelafus in Synodo LXX. ut supr. Greg. lib. 5. ep. 14. lib. 7. ep. 47. in fin. Greg. IX. Decr. lib. 5. tit. 7. cap. 4.

v Gelafus in Synodo LXX. ut supr. Greg. lib. 5. ep. 14. lib. 7. ep. 47. in fin. Greg. IX. Decr. lib. 5. tit. 7. cap. 4.

w Gelafus in Synodo LXX. ut supr. Greg. lib. 5. ep. 14. lib. 7. ep. 47. in fin. Greg. IX. Decr. lib. 5. tit. 7. cap. 4.

x Gelafus in Synodo LXX. ut supr. Greg. lib. 5. ep. 14. lib. 7. ep. 47. in fin. Greg. IX. Decr. lib. 5. tit. 7. cap. 4.

y Gelafus in Synodo LXX. ut supr. Greg. lib. 5. ep. 14. lib. 7. ep. 47. in fin. Greg. IX. Decr. lib. 5. tit. 7. cap. 4.

z Gelafus in Synodo LXX. ut supr. Greg. lib. 5. ep. 14. lib. 7. ep. 47. in fin. Greg. IX. Decr. lib. 5. tit. 7. cap. 4.

patribus contra Eutychem & Dioscorum habitum est. Cujus decreta septem & viginti, quorum auctor Anatolius Constantinopolitanus (a). Quinta generalis synodus Constantinopoli Vigilio & Justiniano Majore auctoribus a Pontificibus centum & sexaginta quinque contra Theodorum & alios celebrata, canones non fecit, sed anathemata quatuordecim (b). Sexta in eadem urbe, Agathone Pontifice & Flavio quarto Constantino Augusto auctoribus, contra Monothelitas habita est ab Episcopis centum & quinquaginta canones nullos fecit (c). Sed iterum ab Justiniano Minore coacta canones Trullanos, quibus Græci utuntur, centum & duos minus legitime fecit (d). Septima Nicæna ab Hadriano Pontifice Maximo, Constantino & Irene Augustis, & trecentis quinquaginta patribus contra piarum imaginum hostes, duos & viginti canones constituit [e]. Octavum concilium duplex fuisse antea diximus, atque si Græcos sequamur, triplex. Sed nos Photii contra Ignatium concilium reiicimus. Alterum contra Photium pro Ignatio ab Hadriano minore coactum recipimus Basilii, Constantini, & Leonis Augustorum temporibus [f], cujus canones septem & viginti extant. Tertium Joannis VIII. Pontificis Maximi, ac Basilii, Leonis, & Alexandri Augustorum temporibus a trecentis octuaginta tribus Episcopis, in quo Photius mortuo jam Ignatio restituitur, abrogatis his, quæ contra eum acta sunt (g). Hujus tres canones extant, qui a Græcis Sophiani appellantur. Florentinum ab Eugenio quarto Ferrariæ inchoatum est, Florentiæ absolutum; in quo Jo. Paleologus Græcorum Imperator interfuit. De controversiis inter Latinos & Græcos disputatum est. Canones nulli conscripti. Sed Pontificia constitutione quid receptum sit, apparet. Hæc de Græcis. At Latina, Lateranensia quidem duo post Octavum, ante autem hoc, de quo paulo ante diximus, nonum fuere. Alterum ab Alexandro III. alterum ab Innocentio item Tertio Romæ habitum est. Illud Generale nomine Lateranense dicitur: hoc Concilium Generale. Frequentia Pontificum in utroque magna. Canones Alexandri præter eos viginti septem, qui referuntur a Gregorio Nono, nullos vidi. Innocentii extant unus & septuaginta ab eodem Gregorio relati. In his de moribus ac religione optima quæque constituta sunt. Lugdunense Decimi Gregorii, item Viennense Quinti

Clementis post ea Lateranensia, quæ diximus, maxima Latinorum frequentia celebrata sunt. Quæ magna ex parte a Bonifacio Octavo, & ab ipso Clemente referuntur, Jus Pontificum, quo nunc in judiciis utimur, mirum in modum auxerunt. Secutum est Constantiense post maximas seditiones ex Pontificiis comitiis ortas. In eo Martinus Quintus justis comitiis Pontifex Maximus factus est. Multa constituta sunt contra hæreles Bohemorum, & quædam de moribus; quæ non magis obtinent, quam quæ Basiliense vel Lateranense postremum Concilium sanxere. Namque Basiliense in hunc ordinem referre non possumus, cum eodem tempore Ferrariense habitum sit. At Lateranense ab Julio Secundo inchoatum, a Decimo Leone absolutum post Florentinum sive Ferrariense fuit, in quo multa præclare sed quæ magna ex parte usu abrogata sunt. De Tridentino nihil est quod scribamus. Hæc est majorum Conciliorum historia. Nunc de auctoritate videamus. Post novi & veteris Testamenti scripta, Generalia Concilia Ecclesia recipit (h), quorum est saluberrima auctoritas (i). His universæ Ecclesiæ statuta firman- tur: uni non modo Episcopo sed Provinciæ cujusvis Concilio præferuntur (k). Horum enim antiquior & potior auctoritas sequenda est (l). Qui hæc impugnant, graviter puniendi sunt: cum supremum illum sanctumque Spiritum impugnent (m). Negat plane Zosimus contra statuta Patrum condere aliquid vel mutare ne Romanam quidem Sedem posse (n). Id nec se facturum, cum primum designatus est Pontifex Maximus, profiteretur [o]. Quem enim magis exequi uniuscujusque generalis Concilii decreta decet, quam ipsam hanc primam Sedem; quæ ea sua auctoritate firmare, sua moderatione custodire debet [p]. Verum enim vero Conciliorum congregandorum auctoritas huic sedi commissa est. Nullumque reatum esse legimus, quod non ejus auctoritate congregatum, vel fultum sit [q]. Per se enim aut per suos legatos interesse Pontifex Maximus debet (r). Non sine magna causa Generale Concilium fieri oportet, ubi is arbitrabitur, & quando is arbitrabitur fieri oportere. Cetera statutis temporibus in Provinciis aguntur. Quod enim in Africa de Africanis Conciliis & Primatibus decretum est, id recte atque ordine ad Generale totius Orbis, & ad omnium Primatem referimus [s]. Sacramentum præ-  
terea

cap. 4. Greg. lib. 1. ep. 24. Grat. Dist. 15. c. 2. Isidor. lib. 6. Etymol. cap. 16. Ivo lib. 2. tit. 11. c. 21. Panorm. Grat. Dist. 15. cap. 1. Beda de temp. cap. 65. Grat. Dist. 16. cap. 9. \* Ante præf. Isid. Mercat. collect. concil. Gratian. Dist. 16. cap. 10. b Gelas. ubi supra. Greg. lib. 1. registr. epist. 24. Grat. Dist. 15. c. 2. Isid. lib. 6. etymol. c. 16. Ivo lib. 2. tit. 11. cap. 22. Grat. Dist. 15. cap. 1. Et ante præf. Isid. Merc. ut supra. Beda ubi supra. c Greg. lib. 1. regist. epist. 24. Dist. 15. cap. 2. Trullan. cap. 1. Dist. 16. cap. 7. ante præf. Isid. Merc. Dist. 16. cap. 10. Beda de temp. cap. 65. Ivo lib. 2. tit. 11. cap. 23. & 24. Panorm. Dist. 16. c. 9. d VII. Synod. act. 4. & in epist. Tharasi ad Hadrian. Dist. 16. cap. 6. Trullan. cap. 1. Dist. 16. cap. 7. Beda de temp. cap. 65. Ivo lib. 2. tit. 11. cap. 25. & 26. Panorm. Dist. 16. cap. 9. ante præf. Isid. Merc. Dist. 16. cap. 10. e VII. Synod. act. 4. Dist. 16. cap. 6. Ivo lib. 2. tit. 11. cap. 35. Panorm. f VII. Synod. act. 1. caus. 1. quæst. 7. cap. 4. Anastas. in proem. Hist. Ivo lib. 2. tit. 11. cap. 22. Panorm. Hadrian. ad Carol. cap. ult. Ivo lib. 2. tit. 11. cap. 28. Panorm. g VIII. Synod. cap. 22. Dist. 63. cap. 1. & 2. Ivo lib. 3. tit. 2. cap. 1. h Ivo in prol. 5. 23. VIII. Synod. act. 5. caus. 7. q. 1. c. 45. Innoc. III. apud Greg. IX. Decretal. lib. 1. tit. 9. cap. 11. Sophian. cap. 2. i Gelas. in synod. LXX. Episcopos. in princ. Burch. lib. 3. cap. 220. Ivo lib. 2. tit. 11. cap. 3. Panorm. Dist. 15. cap. 3. k Augustin. ad Januar. ep. 118. c. 1. & 2. Grat. Dist. 12. cap. 11. l August. de Baptism. contra Donat. lib. 2. cap. 1. caus. 2. q. 7. c. 35. m Isidor. ad Massanum Episcopum Dist. 50. cap. 28. in fin. n Damasus caus. 25. q. 1. cap. 5. o Zosimus caus. 25. q. 1. cap. 7. Leo IV. ead. q. 1. c. 16. p Ivo lib. 2. tit. 11. cap. 15. Dist. 16. cap. 3. & Ivo lib. 3. tit. 1. cap. 3. & 4. Panorm. ex diurno libro profess. Rom. Pontif. q Gelas. ad Episcop. Dardan. Anf. lib. 1. cap. 49. cap. 25. q. 1. cap. 1. r Marcellus ad Maxentio Dist. 17. cap. 1. Pelag. II. epist. 1. ead. dist. cap. 5. Damas. Stephano epist. 3. cap. 2. Burch. lib. 1. cap. 179. Julius epist. 1. contra Oriental. cap. 29. caus. 3. q. 6. cap. 9. s Julius contra Oriental. Dist. 17. cap. 2. Ennod. pro defens. IV. & V. Synod. sub Symmacho ead. dist. cap. 6. Symmachus in IV. Synodo Rom. Gratian. ead. dist. 2. parte.

terea omnes Pontifici Maximo Episcopi prestant, ut quotiens vocati fuerint ad Synodum veniant (a). Jam vero Romanæ Ecclesiæ legem nulla Concilia præfigere, cum omnia ejus auctoritate facta sint, ac robur acceperint: & in eorum statutis ejus auctoritas excipiat. Paschalis auctor est (b). Canon Lateranensis Concilii, inquit Innocentius Tertius [c], ab Alexandro editus non adimit dispensandi cum illegitimis facultatem, cum non fuerit prohibentis intentio qui successoribus suis nullum potuit in hac parte præjudicium generare, pari post eum, immo eadem potestate functuris, cum non habeat imperium par in parem. Multa vero dispensationem suadeant oportet, quæ ab illo dilucide enumerantur: non enim cum sedis privilegio successores Petri peccandi licentiam susceperunt (d). Sed hæc posterius, quæ ad causas legibus solvendi attinent. Illud etiam dicemus absolvere hanc sedem posse, quæ in Conciliis districta obligataque sunt (e). Item illud primam sedem a nemine judicari, cum de omnibus judicare possit [f], nisi a fide religioneque declinet (g). Denique in illa maximæ seditionis concordia, de qua antea scripsimus, constitutum est: Concilium a Christo Opt. Max. potestatem habere, cui quilibet, inquit, etiam Papa obedire tenetur in his, quæ pertinent ad fidem & extirpationem schismatis, & reformationem Ecclesiæ, in capite & in membris (h). Quod caput sine controversia est: vel cum similis seditio, & ut vocant, schisma oritur, vel cum ipse Pontifex Concilio reformationem quam dicunt in capite & membris permittit. Cetera quæ ad Generale Concilium pertinent, vel cum Provincialibus communia sunt, vel alio loco latius conscribentur. Provincialia, quæ nobis sunt cum Græcis communia, pauca admodum sunt. Latina vero enumerare vix possumus. Græca itaque sunt quæ Ancyra, Neocæsareæ, Gangris, Anthiochiæ in Syria, Laodiceæ in Phrygia, Sardicæ, Carthagine in Africa habita sunt (i). Latina possumus in quinque classes referre: aut enim in Italia, aut in Gallia, aut in Hispania, aut in Africa, aut in Germania Concilia habita sunt. In quibus excellunt Romana, Toletana, Carthaginensia, & Arelatensia. Omnia percensere, ac tempora & canonum numerum referre magnum esset legentibus ad cetera cognoscenda impedimentum. Ad Isidorum (k) & alios Canonum collectores lectorem allego.

Nos a quibus quo tempore, qua ratione concilia hæc celebrentur, & quam vim & potestatem habeant discutiamus. Nemini quidem licet apud se concilia celebrare, præter eos, quibus Metropoleos jura commissa sunt [l]. Neque eidem Archiepiscopo licet sine pallio, quod a Pontifice Maximo mittitur, Concilium convocare (m). Quem vero Metropolitanum vel Archiepiscopum appellemus, licet proximo libro explicandum sit (ne quid obscuritatis his qui nunc primum nostræ disciplinæ sacris initiantur, relinquamus) breviter dicendum est. Ut oppida ab urbibus, urbes a provinciis, provincia a regnis, regna a totius orbis imperio differunt magnitudine quadam, potestate, atque auctoritate, ita qui sacris oppidorum præsunt, sacerdotes, parochi, presbyteri, qui urbium, pontifices minores, atque Episcopi; qui regionum atque provinciarum in quibus urbs aliqua excellit, quæ Metropolis, ac Provincia caput est, Metropolitanam Archiepiscopi, Majores Antistites appellantur. Qui vero multarum provinciarum caput, aut urbem Regiam Pontificio munere religioneque imbuunt, hi Patriarchæ atque Primate sunt [n]. Horum omnium princeps Romanorum Episcopus, qui & Papa, & Pontifex Maximus dicitur. Vocat itaque hic, quem diximus, unius provincie Antistites Episcopos & Presbyteros, aliosque quoscumque viros per litteras ut Pontifices inviti, ceteri si velint, concilio interfint [o]. Bini vero conventus singulis annis habendi forent, si veteres regulæ restituerentur (p). Si minus antiquæ, semel conventus provincialis habendus esset (q). Si annus sine concilio fuerit, communionem Pontificum ejusdem provincie carebit Antistes, nisi vis major Principis aut morbi aut similis excusationem præstet (r). Qui impedimento fuerit, eadem pœna coercetur (s). Post biennium, quod sine concilio est, Metropolitanus anno a sacris absteat. Vocandi autem sunt non solum Pontifices, qui urbibus præsunt, sed & collegia majorum sacerdotum, quæ capitula Cathedralium Ecclesiarum appellantur, eorumque Nuntii in concilium admitti tum præsertim debent; cum de his rebus agitur, quæ ad ipsa Collegia pertinent [t]. Episcopus qui vocatus non venerit, vel morbo aliave maxima ex causa impeditus legatos vicariosve suos non miserit (u), variis modis coerceri solet. Sunt enim Provincialia Concilia quæ solum excom-

a African. can. 62. Burch. lib. 1. cap. 53. Crescon. in Brev. cap. 272. Symmach. in III. Synodo Rom. c. 1. Dist. 96. cap. 1. in fin. b Gregor. Petro Subdiacono apud Greg. IX. D. lib. 2. tit. 24. c. 4. c Greg. IX. Decr. lib. 1. tit. 6. c. 4. d Idem Decr. lib. 1. tit. 6. cap. 20. e Symmach. vel Ennod. Diacon. Dist. 49. cap. 1. f Gelasius ad Episcopos per Dardan. Anf. lib. 1. cap. 47. 48. Ivo lib. 4. tit. 1. cap. 8. caus. 9. q. 3. c. 17. Athanas. Patriarcha ad Felicem caus. 9. q. 3. cap. 11. Burch. lib. 1. cap. 233. Ivo in prolog. cap. 32. Panorm. Dist. 50. cap. 13. g Nicol. ad Michael. Ivo lib. 4. tit. 16. cap. 6. Dist. 21. cap. 7. 8. caus. 9. q. 3. c. 10. h Bonifac. Martyr. Dist. 40. cap. 6. i Constantien. Sess. 4. & 5. Basileen. Sess. 2. k Trullan. cap. 2. Dist. 16. cap. 7. Leo IV. Ivo lib. 2. tit. 11. cap. 31. Dist. 20. cap. 1. l Dist. 16. c. 11. m Antiochen. cap. 20. Martin. Brach. cap. 18. Burch. lib. 1. cap. 44. Dist. 19. cap. 14. 15. Symmachus in Synodo III. D. 96. cap. 1. sub fin. n Innocentius III. apud Greg. IX. Decr. lib. 1. tit. 6. cap. 28. §. 2. o Clemens epist. 1. Anf. lib. 6. cap. 105. Dist. 80. cap. 2. Stephan. epist. 2. cap. 5. Anselm. lib. 6. cap. 109. Dist. 80. cap. 1. Felix II. epist. 1. cap. 12. Isidor. lib. 7. etymol. cap. 12. Dist. 21. cap. 1. p Tarraconen. c. 13. Burch. lib. 1. c. 48. Agath. 35. Burch. lib. 1. cap. 49. Ivo lib. 4. tit. 2. c. 5. Dist. 18. cap. 13. & 14. Damas. ep. 3. Burch. lib. 1. cap. 156. caus. 5. q. 2. c. 1. & 3. q Nic. I. cap. 5. Dist. 18. cap. 3. Chalced. cap. 19. ead. dist. cap. 6. Antiochen. 20. Burch. lib. 1. cap. 44. Ivo lib. 4. Art. 2. cap. 3. & 4. ead. dist. cap. 4. Martin. Brach. cap. 18. ead. dist. c. 15. Leo epist. 82. cap. 7. Burch. lib. 1. cap. 43. Ivo lib. 4. tit. 2. cap. 1. Panorm. Dist. 18. cap. 2. Apoll. 37. Nov. 123. cap. 12. r VII. Synod. cap. 6. Dist. 18. cap. 7. Avern. 15. Burch. lib. 1. c. 45. Trullan. 8. Innoc. III. in concil. gen. Lat. cap. 6. Greg. IX. Decr. lib. 5. tit. 1. cap. 25. Carthag. G. Joann. Til. 18. 57. 58. Carthag. III. cap. 2. Carthag. G. Til. 79. Carthag. V. cap. 7. Dist. 3. de consecr. cap. 24. Carthag. Gr. 74. Nov. 123. cap. 12. s VII. Synod. cap. 6. Dist. 18. cap. 7. t Melden. cap. 3. Burch. lib. 7. cap. 46. u Innocent. III. apud Greg. IX. Decretal. lib. 3. tit. 10. c. 10.



municari jubeant (a). Sunt quæ anno abstinere ipsos cogant altaris ministerio (b). Sunt quæ ad alteram Synodum excommunicent (c). Sunt etiam quæ tantum suspicionem criminis indicent significari [d]. Sunt quæ primo corripi jubeant, postea excommunicari [e]. Sunt quæ aliorum ipsos non suæ Ecclesiæ interdicta communione coerceant (f). Sunt quæ suam quoque auferant (g). Quid ergo est? servari oportet a singulis, quod moribus receptum est. Est enim optima legum interpretis consuetudo (h). Eadem poena qui re infecta discesserint, coercentur (i). Sedere autem oportet eo ordine, ut qui prius Pontifex factus est omnibus post Provinciæ Antistitem præferatur (k). Eadem in ceteris rebus vel cum loquuntur, vel cum decretis subscribunt prælatio est (l). Quid tum primum geratur post verba solemnia, quibus se Deo totos committunt (m) constitutum est. Nam quæ ad emendationem vitæ, severitatem regulæ animæ remedia pertinent, omnibus antiquiora sunt (n). Dissidentes Episcopos si non timor Dei, Synodus reconciliet (o). De querelis, quæ inter varios omnium ordinum viros nascuntur, judicetur. Majora tamen ad Prælatum, difficiliora ad Pontificem Maximum referantur (p). Quæ in eo Concilio decreta sunt Episcopi intra sex menses suis Sacerdotibus referant [q]. Si quod munus donumve Archiepiscopo deferatur, non alpernetur [r]. Si quod ab invitis exegerit, quadruplum reddat (s). Jam vero quod ad Ecclesiasticas constitutiones attinet, quas Canones, vel Regulas [x] Conciliorum appellamus, inspicienda est, quod in aliis plerisque, potestas, voluntas atque actio. Neque enim possunt etiam si velint, atque conentur generalem legem facere, qui vel in provinciis conveniunt in provinciali Concilio; vel etiam in generali sine Pontificis Maximi voluntate atque auctoritate. Ipse etiam Pontifex, sive in hoc, sive in illo Concilio sit cujuscumque constitutionis auctor, eos tantum comprehendet, de quibus constabit voluisse legem ferre. Qui vero aliud agit, quam aut vult, aut potest, is neque id agit quod vult & po-

test, quia non agit, neque id quod agit, quia noluit, aut quia non potuit. Itaque neque Romana, neque Africana Concilia, aut si quæ alia ex auctoritate Pontificis Maximi facta sunt: nisi de voluntate ejus constet, generalem legem nullam constituunt. Cetera ut illa ipsa eatenus intenduntur, quatenus provinciæ jurisdictio porrigitur. Ex his igitur Conciliis canones, qui jus nostrum fundaverunt, manant. Hos ab omnibus custodiri, præceptum est: ut nemo in actionibus atque judiciis suo sensu, sed eorum auctoritate ducatur (u). Hos omnes Sacerdotes scire oportet (w). Episcopus vero non ante consecrandus est, quam audiat, & recordetur (y), ac juret se eos acriter defensurum (z). Ac Parochos, quæ ex his necessaria sunt doceat (aa). Qui has sacras regulas impugnant acerrime punientur, sive sacris sive profanis rebus præsumant (bb). Pro legibus vero habendas esse ab Justiniano constitutum est (cc). Si quid in his contrarium esse videatur, illius Concilii sententia sequenda est, cujus antiquior ac potior sententia est (dd). Est autem generale Provinciali potius; & quod ejus Provinciæ est de qua agimus, omnibus aliis provincialibus præstat. Multum quoque antiquitati deferendum est (ee). Cum antiquissima quæque propius ad nostræ Religionis opitimum fontem atque originem accedant. Sed hæc de Conciliis dixisse sufficient.

De Pontifice Maximo sæpe & multum scribere nos cogit ejus potestas atque facultas omnium maxima ac pene sola. Sed hoc loco nihil eorum, quæ vel ad comitia, vel ad administrationem, vel ad eam potestatem pertinent dicemus, quæ proximo libro perscripsimus. Tantum de constitutionibus atque decretis & epistolis quæ Decretales dicuntur videndum est. Ac principio quidem & Petrus & Paulus & Jacobus & Joannes & ceteri principes viri per litteras religionem inter omnes conservabant, quam voce & signis omnes provincias docuerant. Idem docendi per litteras genus, qui Petrus secuti sunt, Clemens, Anacletus, Evaristus, Alexander, & ceteri longo ordine sanctissimi viri conservarunt. Qui

eo

a Arelat. II. cap. 18. Felix epist. 2. Burch. lib. 1. cap. 51. Ivo lib. 4. tit. 2. cap. 7. caus. 5. q. 3. cap. 1. apud Alth. cap. 20. Burch. lib. 1. cap. 52. Carthag. IV. cap. 21. Anf. lib. 7. cap. 191. Dist. 18. cap. 9.  
b Arelat. cap. 18. & 19. Burch. lib. 1. c. 50. Dist. 18. c. 12. Triburien. caus. 11. q. 3. cap. 43.  
c Melden. cap. 33. Burch. lib. 1. cap. 46. d Agathen. cap. 35. Burch. lib. 1. cap. 49. Ivo lib. 4. tit. 2. cap. 5. Dist. 18. cap. 13. Arelat. cap. 19. Burch. lib. 2. cap. 50. Dist. 18. cap. 12. Tarrac. cap. 6. ead. dist. cap. 14. e Laodic. cap. 40. Burch. lib. 1. cap. 47. Dist. 18. cap. 5.  
f Apud Alth. cap. 10. Burch. lib. 1. cap. 52. Chalced. cap. 19. Dist. 18. cap. 6.  
g African. cap. 43. Carthag. V. cap. 10. Anf. lib. 7. cap. 188. & 190. in addit. Dist. 18. cap. 10.  
h Turon. II. cap. 1. Anf. lib. 78. 19. 190. i Callistrat. Dig. lib. 1. tit. 3. l. 37. Innocent. III. Decretal. lib. 1. tit. 4. cap. 8. k Arvernien. 15. Burch. lib. 1. tit. 45. Ivo lib. 4. tit. 2. cap. 6. Arelat. II. c. 18. & 19. Burch. lib. 1. cap. 50. Dist. 18. cap. 12. l Cabilon. 6. Burch. lib. 1. cap. 55. Ivo lib. 4. cap. 20. Panorm. Dist. 18. cap. 1. Greg. lib. 7. ep. 112. & lib. 12. ep. 15. Dist. 17. cap. 7. Greg. IX. Decr. lib. 1. tit. 33. cap. 1. Lucius in epist. ad Occident. cap. 5. m Gregorius & Lucius ubi supra. n Isidor. in princ. can. Burch. lib. ult. in fin. Ivo lib. 2. tit. 2. cap. 39. Gratian. Dist. 16. cap. 4. o Arvern. cap. 1. Burch. lib. 1. cap. 58. Ivo lib. 4. tit. 2. cap. 9. p Carth. IV. can. 25. Burchard. lib. 1. cap. 60. Gratian. Dist. 90. can. 6.  
q Leo epist. 82. Ivo lib. 4. tit. 2. cap. 2. Gratian. Dist. 18. cap. 2. idem Dist. 17. can. 5. & 6. Novell. 123. cap. 22. 23. r Toletan. XVI. cap. 6. Gratian. Dist. 18. can. 17.  
s Leo IV. Gratian. Dist. 18. cap. 8. t VII. Synod. cap. 6. Gratian. Dist. 18. cap. 7. in fin.  
u Grat. Dist. 3. cap. 1. & 2. ex Isid. lib. 16. etymolog. x Concil. Chalced. cap. 1. VII. Synod. cap. 1. & cap. 11. Grat. caus. 9. q. 3. c. 3. Cælestin. epist. 3. Burch. lib. 2. cap. 160. Grat. Dist. 38. can. 4. Cabilon. II. cap. 9. Meldens. cap. 11. Decretal. Greg. IX. lib. 1. tit. 2. cap. 1. Hieronym. in parabol. Greg. IX. lib. 1. tit. 2. cap. 5. Crescon. 229. Novell. 131. 137. y Tolet. IV. cap. 24. Burch. lib. 1. cap. 100. Grat. Dist. 38. c. 1. z VII. Synod. cap. 2. Carthagin. III. cap. 3. Grat. Dist. 38. cap. 6. & 7. aa Gregor. Petro Subdiac. Greg. IX. D. lib. 2. tit. 24. cap. 4. bb Aurelian. cap. 6. Burch. lib. 2. cap. 159. cc Gregor. lib. 2. epist. 7. cap. 46. Grat. caus. 25. q. 1. cap. 13. Damasc. in epist. ad Aurel. Grat. caus. 25. q. 1. cap. 5. Isid. ante collect. concil. Burch. lib. 15. cap. 6. 7. Aurelian. cap. 6. Burch. lib. 2. cap. 225. dd Cod. lib. 1. tit. 3. l. 45. Gr. Novell. 137. Phot. Nomocan. tit. 1. cap. 2. ee Isid. ad Massan. episc. Raban. de pœnit. cap. 2. Ivo lib. 3. tit. 11. cap. 17. Grat. Dist. 50. can. 28. in fin.

eo magis litteris usi sunt quominus eis provincias adire licebat. Sed & controversias dirimere, seditiones sedare, omnes in officio continere epistolis cœpere. Eorum decreta quod his litteris continerentur, Decretales Epistolæ appellatæ sunt. De his idem dicendum est, quod de Augusti potestate dicitur (a). Quodcumque Pontifex per Epistolam & subscriptionem statuit vel cognoscens decrevit, vel de plano interlocutus est, vel edicto præcepit, legem esse constat. Hæc sunt, quas vulgo Constitutiones appellamus. Ex his quædam sunt personales nec ad exemplum trahuntur, nam quæ alicui ob merita indulgit, vel si quam pœnam irrogavit, vel si cui sine exemplo subvenit, personam non egreditur. Fuere sane ex his quædam quæ aliquot capitibus divisæ pro regulis habebantur: de ceteris erant, qui dubitarent an essent recipiendæ, quos acriter Nicolaus reprehendit. Namque si Romanorum Pontificum decreto ceterorum libri approbantur vel reprobantur (b), quæ ipsi scripserint, etsi in Codice Canonum non sint, sunt recipiendæ, quod si Corpus Canonum recipiatur, in his Leonis (c) & Gelasii (d) auctoritate Decretales epistolæ recipiendæ sunt. Enumerat Leo Quartus (e) multorum Pontificum nomina, quorum regulas Conciliorum provincialium regulis conjunctas esse scribit. Hisque in judiciis rerum ecclesiasticarum uti omnes solere profitetur. His Episcopi judicant, his judicantur. Quod his libris definitum non potest tum ceterorum magnorum virorum libri Hieronymi, Augustini, & reliquorum inspiciantur. Hæc Leo. Longum esset omnium sententias percensere, qui de Pontificiis constitutionibus recipiendis scripserunt [f]. Nicolai tantum verba in maximo Concilio subscribam. Si quis dogmata, mandata, interdita, sanctiones, vel decreta pro Catholica fide, vel Ecclesiastica disciplina, pro correctione imminentium, vel futurorum malorum a Sedis Apostolicæ Præsule salubriter promulgata contempserit, anathema sit (g). Jam vero ipse Pontifex aliorum canonica decreta ac synodos confirmare, & nihil inde imminuere atque detrahere profitetur (h). Qui enim a posteris mandata servari desiderat, a majoribus statuta custodiat (i). Octo vero Concilia ad unum apicem servare præ se quisque fert (k), neque contra statuta Patrum condere aliquid, vel mutare (l). Ac licet ei semper licuerit novas condere leges, tamen novas tum condere potest, cum Evangelistæ, & Prophetæ cum Dominus & Apostoli; & eos sequentes sancti Patres nihil definiunt. Si vero definiant, ad animam & sanguinem,

ut Urbanus ait (l), confirmare debent. Nequaquam enim, inquit Symmachus (g), quod contra evangelicam, vel propheticam, vel apostolicam doctrinam, constitutionemve eorum, sive sanctorum Patrum actum fuerit, stabit. Ideo Pastores hominum sumus effecti, inquit Leo (m), ut quod Patres nostri sive in sanctis canonibus, sive in mundanis affixere legibus, excedere minime debeamus. Hæc cum ita se habeant, Pontificias constitutiones neque juri Divino contrarias, neque conciliorum, aut antiquorum definitionibus adversas servandas esse apertissimi juris est (n). De contrariis autem si quæ sint, ut de dubiis atque suspectis, consulendus Pontifex Maximus est [o]. Neque enim credendum est eum qui Jura tuetur quod multis vigiliis excogitatum est, atque inventum, uno verbo subvertere voluisse (p). Hæc plane de causa cum earum epistolarum multitudo crevisset, & in judiciis earum varietate, longitudine, atque confusione laboraretur, initio a Damaso, Fulgentio, Dionysio, Ferrando, & Cresconio, postea ab Isidoro, Burchardo, Ivone, & Gratiano aliquis ordo adhibitus est. Sed hi omnes Regularum Conciliorum, ac Pontificias epistolis item Pontificiis conjunxerunt. Ab Alexandro Tertio ad hæc tempora sæpius, quæ utiliora visa fuerunt, ex epistolis in certos libros Epistolarum coacta sunt. Ad extremum ad tria volumina pervenimus Gregorii Noni, Bonifacii Octavi, & Clementis Quinti. Nam cetera quæ extra hos libros vagantur, incerta sunt, uti appellantur. Hæc antea ipsa & in locos communes recte composita, & multis rejectis brevius conscripta, quam initio fuerant, nostrum jus plane constituerunt. De rescriptis tam judiciorum, quam beneficiorum causa impetratis, item de alio genere Regularum non perpetuarum, de diplomatibus, ac brevibus, schedis & aliis id genus alio loco scripturi sumus.

Nunc videamus de his libris ac regulis eorum virorum, qui proxime ad superiores accedunt. Omnium librorum divisio in partes tres faciendæ est. Sunt enim, quos recipiat ac laudet Ecclesia; sunt his contrarii, quos improbet atque reiiciat. Sunt tertii inter hos, qui non improbeantur [q]. Legimus aliqua, inquit Ambrosius (r), ne negligamus, legimus ne ignoremus; legimus non ut teneamus, sed ut repudiemus. Primæ classis sunt, quos ignorare non debemus, tum illi sacri libri Juris Divini, atque Conciliorum, tum hi Juris Pontificii Epistolarum Romanorum atque aliorum Antistitum, tum etiam quæcumque magnorum virorum lucubrationes, qui

a Zosimus Papa, Grat. caus. 25. q. 1. cap. 7. b Ulpian. Digest. lib. 1. tit. 4. l. 1. §. 1. Instit. lib. 1. tit. 2. §. 6. c Nicol. Episcop. Gall. Grat. Dist. 19. cap. 1. d Leo epist. 1. cap. ult. Anselm. lib. 1. c. 91. Grat. caus. 25. q. 1. cap. 12. e Gelas. & 70. Burch. lib. 3. cap. 220. Ivo lib. 2. tit. 1. cap. 3. Grat. Dist. 15. cap. 3. Nicol. ad episcop. Gall. Grat. Dist. 19. cap. 1. f Leo IV. Episcop. Britan. Grat. Dist. 20. c. 1. g Agatho omnibus episcop. Grat. Dist. 19. cap. 3. Steph. Grat. ead. dist. cap. 4. Hilar. in Synod. Rom. c. 1. Grat. caus. 25. q. 1. cap. 4. Hadrian. in capitul. cap. ult. Grat. ead. caus. & q. c. 11. Nicolaus Clero, corrige Phorio. Grat. Dist. 20. cap. 2. Damaf. ep. 4. Grat. caus. 25. q. 1. cap. 12. Gregor. ead. caus. & q. c. 13. Calixt. epist. 1. Anselm. lib. 1. cap. 12. Grat. Dist. 12. cap. 1. Anast. II. ad Anastas. Aug. cap. 6. Anselm. lib. 1. cap. 20. Grat. Dist. 12. cap. 2. h Nicol. in conc. Rom. Grat. caus. 25. q. 2. cap. 18. Videndi Hilar. & Hadr. ubi supra. i Ex lib. Rom. Pontif. Ivo lib. 3. tit. 3. c. 3. & 4. Gelas. Episc. per Lucan. Anselm. lib. 1. cap. 31. k Gregor. lib. 5. ep. 12. seu ep. 112. Grat. caus. 25. q. 1. cap. 15. Innoc. III. Decretal. lib. 1. tit. 2. c. 6. l Ex lib. prof. Ivo lib. 2. tit. 11. cap. 15. Grat. Dist. 16. cap. 8. m Zosimus Papa Grat. caus. 25. q. 1. c. 7. n Urban. Papa. Grat. caus. 25. q. 1. cap. 6. o Symmach. in VI. Synod. Rom. Grat. caus. 25. q. 1. c. 8. p Leo IV. Grat. caus. 25. q. 1. cap. 16. q Anastas. Imp. Cod. lib. 1. tit. 22. l. 6. Theod. & Valens Imp. Cod. lib. 1. tit. 19. l. 3. & l. 7. Grat. caus. 25. q. 2. cap. 14. & 15. r Vid. Concil. Carol. vel Tribur cap. 30. Burch. lib. 1. cap. 200. Grat. Dist. 19. can. 3. Lucius III. Decretal. Greg. IX. lib. 1. tit. 3. c. 1.

bene de Religione nostra sentiant, ac mereantur (a). Enumerantur a Gelasio (b) in his Cyprianus Carthaginienſis, Athanaſius Alexandrinus, iſe Cyril- lus, atque Theophilus, Gregorius Nazianzenus, Basi- lius Cappadociae, Joannes Chriſtoſtomus Conſtan- tinop. Hilarius Pictaviensis, Auguſtinus Hipponen- ſis, Ambroſius Mediolanensis Antiſtes, item Hieronymus Presbyter, ac Proſper, & ſupra omnes hos Leonis ad Flavianum Episto- la. Apud Græcos extant Canones ex Epistolis aliisque libris multorum ex his quos Gelasius refert, & aliorum, qui in texto Concilio Trullano poſteriore, quod a Latinis non recipitur, approbantur (c). Eorum nomina infra ſcripſimus; Dionyſius, Petrus, Athanaſius, Timo- theus, Theophilus, & Cyrillus Alexandrini, Gregorii tres, Thaumaturgus Neocaſariensis, al- ter Magnus, Nyſſenus Baſilii magni frater, tertius Theologus Nazianzenus, Baſilius Caſariensis Cappadociae, Amphilo- chius Iconii, Gennadius Conſtantinopoleos Episcopi. Omnes viri ſcientia, religione, ac moribus ſanctiſſimi, quibus paucos pares reperias. His qui Græci aut de jure Divino, aut de Pontificio aliqua litteris mandarunt, uſi prin- cipibus ſunt. Noſtri non minus felices fuerunt. Vin- cunt etiam numero atque auctoritate. Nam & Con- ciliarum ingens copia, & Pontificiarum Episto- larum magnus numerus eſt, quibus græci carent. Ne- que deſunt latini juris Divini interpretes tum illi veteres, quos antea retulimus, tum alii noſtra Pa- trumque memoria, qui cum Græcis comparentur. A Gregorio tamen Nono & a Gratiano, Burchardo, & Ivone multa ex aliis libris miſcentur, quæ per ſe mi- nus habent auctoritatis. Habebantur enim illis tem- poribus in pretio illi ipſi quos referunt Iſidorus, Be- da, Anaſtaſius, Caſſiodorus, Hincmarus, Rabanus, Theodorus Tripartita, Paſtor, Pontificale, Pœ- nitentiale, & alii id genus, quos in non improba- torum parte collocare poſſumus, excepto Paſtore Hermetis quem Gelasius improbat (d). Idem tamen hitoriam Eusebii, Canones Apoſtolorum, Cle- mentis de itineraio Petri libros decem (e), alterius Clementis Alexandrini, Tertulliani, Laſtantii, Africani, Arnobii, & Caſſiani libros notat, quos non dubium quidem eſt multa præciare ſcripſiſſe. Sed in his eſſe quædam conſtat, quæ minus probentur ut in illis, quæ non improbat Martyrum geſtis, vitis Patrum [f], & aliis Ruſini, & Origenis, in quibus Hieronymo duce utitur ac neſcio an in illis etiam majorum gentium, ut ita dicam, libris omnia ſibi conſent. Nollem meis litteris, inquit Auguſti-

nus (g), quaſi Canonicis ſcripturis deſervire, ſed in illis & quæ non credebam, cum inveneris, incun- ctanter crede: iſtis autem quod certum non habebas niſi certum intellexeris noli firmam tenere. Et alio loco (h). Negare non poſſum nec debeo ſicut in ipſis majoribus, ita multa eſſe in tam multis opusculis meis, quæ poſſunt juſto ju- dicio & nulla temeritate culpari. Item alio (i). Ego ſolis, inquit, eis ſcripto- rum qui jam canonici appellantur, didici hunc ti- morem honoremque deſerre, ut nullum eorum ſcri- bendo erraſſe audeam credere. Alios autem ita lego, ut quantalibet ſanctitate doctrinave polleant, non ideo verum putem, quia ipſi ita ſenſerunt, ſed quæ mihi per alios auctores, vel canonicas, vel probabi- les rationes, quod a vero non abhorret, perſuadere potuerunt. Et aliis locis ſæpe idem retulit ut omnem nobis dubitationem tollerent (k). Retulimus paulo ante Leonis Quarti (l) ſententiam, qui minime vult Conciliarum & Romanorum Epistolarum re- gulas derelinqui, niſi cum aliquid evenerit, quod eis non deſiniatur: tum dicta Hieronymi, Augu- ſtini, Iſidori, & aliorum Sanctorum Doctorum, ſi reperiantur, promulganda eſſe vel ad Apoſtolicam Sedem de ea referatur. Ex his apparet, quæ ſit au- thoritas, qui uſus horum librorum. Sed quoniam Canonum Apoſtolorum mentio facta eſt, & de his nihil antea retulimus, cum de conciliis agebamus, videndum eſt an omnino reiſci debeant, vel quod magis arbitror in hunc locum conſtituendi ſint. A Græcis quinque & octuaginta capita Trullana in Synodo poſteriore approbata conſervantur (m): a noſtris quinquaginta pro legitimis habeantur (n), rejecta a nonnullis (o), ab aliis majori etiam nu- mero comprobata (p). Referuntur ex his permul- ta in omnibus fere Græcis conciliis & in permul- tis conſtitutionibus Imperatorum. A lex- tremum his, ut ceteris canonibus in omnibus Eccleſiaſticis conciliis utimur, inquit Leo Quartus ad Britanniæ Epi- ſcopos (q). Eos tamen nos a conciliis diſjunctimus, quod in Concilio conſcriptos eſſe nunquam legerimus; quod ſi non legimus, habeant tamen Inſtitutio- num, ac præceptorum auctoritatem. In hunc etiam ordinem eodem ipſos Trullanos canones colloca- mus, quorum aliqui in ſeptimo factis Auguſto Con- cilio repetuntur ac conſervantur. Adiciamus Baſilienſe, cujus pars a Nicolao confirmata eſt, & Photianum templi Apoſtolorum cujus Canones decem & ſeptem magnæ prudentiæ eſt, in- quit Hieronymus (r), aurum in luto quærere, & licet in novo inſtrumento & in aliis bonis libris quæ- dam

Tom. VII.

B

dam

a Greg. IX. Decr. lib. 1. tit. 6. cap. 57. ſub ſin. Bonif. VIII. in 6. lib. 1. tit. 6. cap. 29.  
 b Gelaf. & 70. in concil. Rom. Burch. lib. 3. cap. 220. Ivo lib. 2. tit. 11. cap. 3. Panorm.  
 c Ambroſ. in præm. Luc. Ivo lib. 2. tit. 11. cap. 48. Gr. Diſt. 37. cap. 9. d Gelaf. ubi ſupra, Anſelm.  
 lib. 6. c. 193. vel 103. ex VI. Synod. Ivo lib. 2. tit. 11. cap. 14. e Gelaf. ubi ſupra. Vidend. Ivo lib. 2. tit.  
 11. cap. 14. f VI. in Trullan. can. 2. Ivo lib. 2. tit. 11. cap. 29. Gr. Diſt. 16. cap. 7.  
 g Gelaf. ubi ſupra. Vide tamen Pium ep. 1. Gr. de conſecr. Diſt. 3. cap. 21. & Ivon. lib. 7. tit. 5. cap. 2.  
 Gr. cauſ. 34. q. 1. & 2. cap. 1. h Leo IX. Ivo lib. 2. tit. 11. cap. 37. Gr. Diſt. 16. cap. 3. & Apoſtol. c.  
 85. Synod. in Trullo cap. 1. & 2. i Idem Gelaf. ubi ſupra. Gr. Diſt. 15. cap. 3.  
 k Auguſtin. in præm. lib. 3. de Trinit. Ivo lib. 2. tit. 11. cap. 35. Gr. Diſt. 9. cap. 3.  
 l Auguſt. lib. 4. de anima cap. 1. Grat. Diſt. 9. cap. 4. m Auguſt. ep. 19. ad Hieron. Ivo lib. 2. tit. 11.  
 cap. 32. Gr. Diſt. 9. cap. 5. n Idem lib. 2. cap. 3. de Baſtiſm. contra Donatiſt. & ep. 42. ad Vincentium &  
 ep. 3. ad Fortunatianum. Gr. diſt. 9. c. 8. 9. 10. o Ivo Diſt. Tit. 11. & cap. 82. Grat. Diſt. eod. cap. 1. Vi-  
 dend. Innoc. Burch. lib. 3. cap. 128. Gr. ead. Diſt. cap. 3. p Synod. in Trullo cap. 2. Ivo lib. 2. tit. 11. c.  
 38. Gr. Diſt. 16. cap. 4. q Leo IX. Ivo lib. 2. tit. 11. cap. 37. Gr. Diſt. 16. cap. 3.  
 r Gelaf. & 70. in concil. Rom. Burch. lib. 3. cap. 221. Ivo lib. 2. tit. 11. cap. 36. Gr. Diſt. 15. cap. 3. Iſid.  
 in prol. concil. Ivo ibid. 39. Gr. Diſt. 16. cap. 1. & 4. p. 2.

dam ex incertis sumpta sint, non omnia incerta recipienda sunt, nisi certi simus, quod malum venenum, quod bonum medicamentum sit, ut illorum auctores fuerunt (a). Est igitur ex his omnibus usus quem diximus.

Reliquum est ut ad jus Civile veniamus. Omnes populi qui legibus & moribus regentur, partim suo proprio, partim communi hominum jure utuntur. Quod quisque populus ipse sibi jus constituit, ad jus civile appellatur, quasi jus proprium ipsius civitatis. Quod vero naturalis ratio inter omnes homines constituit, jus gentium vocatur, quasi quo jure omnes gentes utuntur (b). Itaque cum aliquid addimus vel detrahimus juri communi, jus proprium id est civile efficitur [c]. Sed jus quidem civile ex unaquaque civitate appellatur veluti jus civile Atheniense, vel jus civile Romanorum. Sed quotiens non addimus, cujus sis civitatis, Romanorum jus significamus (d). Id autem est quod ex legibus, plebiscitis, Senatusconsultis, Decretis principum, Magistratum edictis, auctoritate prudentum venit [e]. Lex est, quod populus Romanus Senatorio magistratu interrogante veluti Consule: Plebiscitum, quod Plebs plebejo magistratu interrogante veluti Tribuno constituebat. Plebs autem a populo differt, quod Plebis appellatione sine Patriciis & Senatoribus ceteri Cives significantur: populi appellatione omnes cives Romani continentur [f]. Senatusconsultum est, quod Senatus censuit, sive quod a Magistratu Senatus consuleretur, sive quod Senatu Republice consuleretur (g). Principum decreta sunt, quas Constitutiones appellamus. Quodcumque Imperator per Epistolam statuit, vel cognoscens decrevit, vel de plano interlocutus est, vel edicto præcepit (h) Magistratum edicta sunt, quod jus honorarium dicitur. Nam cum magistratus jura reddebant, ut scirent cives quod jus de quaque re quisque dicturus esset edicta proponebant. Ea vero Prætorum vel Ædilium fuerunt. Honorarium dicitur, quod qui honores gerunt, id est Magistratus auctoritatem huic juri dederunt (i). Auctoritas prudentium ex Jurisconsultorum responsis manavit, posteaquam Augustus constituit, ut ex ipsius auctoritate responderent (k). Sed cum populus, & plebs, ac Senatus, omnes denique Magistratus, atque omnia in Principis potestatem venissent,

duæ res ex omnibus reliquæ fuerunt: principum constitutiones, ac Jurisconsultorum libri. Quorum alterum duodecim constitutionum libris, alterum quinquaginta Digestorum, seu Pandectarum ab Justiniano comprehensum est. Accesserunt Digestis quatuor Institutionum juris civilis libri, quibus fundamenta jacta sunt ad eam disciplinam cognoscendam. Codici Constitutionum accessit Novellarum liber, quo novissimæ Justiniani leges comprehenduntur (l). Ex hoc jure ad Pontificum Jus multa pervenerunt. Nam principio quod dicebamus naturalem rationem inter omnes homines constituisse (m): id quia semper equum ac bonum est (n), sive id Jus naturale, sive gentium, sive inde ortum civile appellemus: quod Divina quadam providentia constitutum sit, semper firmum atque immutabile permanebit [o], & utroque jure comprobatur, veluti erga Deum religio, & Parentibus & Patriæ pareamus (p). Inter nos cognationem quandam constituisse: naturam hominemque homini insidiari nefas esse (q). Inde illa orta præcepta sunt; honeste vivere, alterum non lædere; suum cuique tribuere (r). Natura quoque equum est, neminem cum alterius detrimento fieri locupletiolem (s). Nihilque tam congruum vitæ humanæ, quam ea quæ placuerunt fervare (t). Hic fons omnium contractuum, ac judiciorum est. At jus ipsum Civile, quod proprium dicebamus singularum civitatum servandum esse, ipsa Pontificum jura testantur (u). Duo sunt, quibus mundus regitur, inquit Gelasius ad Anastasium Imperatorem [v], auctoritas sacra Pontificum & Regalis potestas: & Augustinus (y). Divinum, inquit, Jus in scripturis divinis habemus; humanum in legibus regum. Jura humana, jura imperatorum sunt, quæ per Imperatores & Rectores sæculi Deus distribuit humano generi. Sed dicitis. Quid nobis & Imperatori? ut jam dixi, de Jure humano agitur. Apostolus [z] voluit serviri omnibus Regibus, voluit honorari Reges. Per jura Regum possidentur possessiones. Exempla quoque majorum sunt, quibus apparet semper in Græcia, & Latina Ecclesia septingentos amplius annos jure civili omnibus in rebus sacerdotes usos fuisse (aa). Excipiuntur tamen quæ vel contra divinum jus, vel contra Patrum decreta constituta sint (bb). Item illa, quæ contra personas aut res Ecclesiæ nominatim constituantur (cc).

De

a Zephyrin. ep. 1. Ivo lib. 2. tit. 11. cap. 17. Gr. Dist. 16. cap. 2. Isid. prol. concilior. Ivo ibid. 3. Gr. ead. Dist. 16. cap. 4. p. 1. b Ivo lib. 2. tit. 11. Gr. Dist. 20. cap. 1. c Hieronym. de Instit. filias. Ivo lib. 2. tit. 11. c. 43. d Origen. in cantic. Anf. lib. 6. cap. 104. Vidend. Leo ad Turibium. Anselm. lib. 6. cap. 192. Innocent. ad Exuperium. Anselm. ibid. 195. e Cajus Dig. lib. 1. tit. 1. l. 9. Instit. lib. 1. tit. 2. §. 2. Isid. lib. 5. c. 2. & 5. etymol. Gr. Dist. 1. cap. 1. & 8. f Ulpian. Digest. lib. 1. tit. 1. l. 9. g Instit. lib. 1. tit. 2. §. 2. h Papinian. Digest. lib. 1. tit. 1. l. 7. Instit. lib. 1. tit. 2. §. 3. Cic. in Topic. Isid. lib. 5. etymol. cap. 9. Gr. Dist. 2. cap. 1. i Cajus Dig. lib. 50. tit. 16. l. 238. Instit. lib. 2. tit. 2. §. 5. Isid. lib. 5. etymol. cap. 10. & 11. Gr. Dist. 2. cap. 2. & 3. k Instit. lib. 1. tit. 2. §. 5. Isid. lib. 5. Etymol. cap. 12. Gr. Dist. 2. cap. 4. l Ulpian. Dig. lib. 1. tit. 4. l. 1. Instit. lib. 1. tit. 2. §. 6. Isid. lib. 5. Etymol. cap. 13. Gr. Dist. 2. cap. 4. m Papinian. Digest. lib. 1. tit. 1. l. 7. Pompon. Dig. lib. 1. tit. 2. l. 2. Instit. lib. 1. tit. 2. §. 7. n Pompon. Dig. lib. 1. tit. 2. l. 2. in fin. Instit. lib. 1. tit. 2. §. 8. Isid. lib. 5. Etymol. cap. 14. Gr. Dist. 2. cap. 5. o Justinian. in prol. Cod. & Dig. & Instit. & Cod. lib. 1. tit. 17. l. 1. & 2. Hist. Longob. lib. 5. cap. 25. Anast. Biblioth. Ivo lib. 2. tit. 10. cap. 8. & 9. Panorm. p Cajus Dig. lib. 1. tit. 1. l. 9. Instit. lib. 1. tit. 2. §. 2. q Paulus Dig. lib. 1. tit. 1. l. 11. Isid. lib. 5. Etymol. cap. 3. Grat. Dist. 1. cap. 3. r Instit. lib. 1. tit. 2. §. 10. Greg. IX. Decr. lib. 1. tit. 4. cap. 22. s Pompon. Dig. lib. 1. tit. 1. l. 2. t Florentin. Digest. lib. 1. tit. 1. l. 3. u Ulpian. Digest. lib. 1. tit. 1. l. 10. Greg. IX. in proœm. Decretal. x Pompon. Dig. lib. 12. tit. 6. l. 14. Bonifac. VIII. in 6. lib. 5. tit. 12. cap. 48. y Ulpian. Digest. lib. 2. tit. 14. l. 1. z August. lib. 2. c. 58. contr. Petilian. Ivo lib. 2. tit. 1. c. 2. Gr. Dist. 10. c. 7. aa Idem Augustin. ad Bonifac. ep. 50. Ivo ibid. 17. Gr. Dist. 9. c. 1. Ivo ibid. c. 13. & 14. Panorm. G. Dist. 10. c. 10. & 11. Leo IV. Lothar. Ivo ibid. cap. 13. G. ead. Dist. cap. 12. Lucius III. Decretal. lib. 5. tit. 52. cap. 1. bb Ivo lib. 5. tit. 3. cap. 28. Panorm. G. Dist. 96. cap. 10. cc August. Tract. 6. in cap. 1. Joann. Ivo lib. 2. tit. 5. cap. 7. G. Dist. 8. cap. 1.

De illis sæpe legibus dubitatum est, quas libro primo Constitutionum, & libro singulari Novellarum Justinianus refert, ac tulit, quibus legibus nihil pene est, quod ad religionem, morem, administrationem omnium ordinum pertineat, quin majori ex parte ad vetera jura conciliorum accommodate satis constituantur, & Gregorio ac Græcis omnibus non displicuerunt (\*). Sed & illæ quibus indulgetur, aut donatur Ecclesiis, earumque personis, ac rebus, non repudiatur a nostris. Ceteras si similes sunt Conciliorum ac Patrum regulis, inutiles esse ajunt, quod regulis ipsis satis distinguimur: si dissimiles sunt, negant his licere qui Pontifices non sint, de Ecclesiis ac personis earum quicquam constituere (b). Est tamen omnium usus non minor, quam illorum librorum, quos antea non improbari diximus. Itaque ex his per multa mixta sunt Pontificiis regulis ab his qui Decretorum libros conscripserunt. Plura ex ceteris partibus juris civilis ab omnibus Pontificibus usurpantur. Notumque est Lucii Tertii rescriptum. Sicut leges non dedignantur sacros Canones imitari (c): ita & sacrorum Canonum statuta Principum constitutionibus adjuvantur [d].

Hæc de Jure Civili, & de Pontificii Juris scripti Auctoribus. Nam ut initio diximus, Divinum Jus sacris libris; Humanum Conciliis, Pontificum Maximorum, & aliorum magnorum virorum libris, item Jure Civili constat. Hæc omnia Jus scriptum constituunt.

Ex non scripto Jus venit, quod usus approbavit. Nam diuturni mores consensu utentium comprobati legem imitantur (e). Ac de quibus causis scripto jure non utimur, id custodiri oportet, quod moribus & consuetudine introductum est, & si qua in re hoc deficeret, tunc quod proximum & consequens est (f). Est enim quidam eorum hominum tacitus consensus atque conventio, qui scriptum Jus constituere atque abrogare potuerunt (g). Optima quoque legum interpretatio consuetudo appellatur (h) propterea quod si de interpretatione legis quæstio sit, inspiciendum in primis est, quo jure civitatis retro in hujusmodi casibus usa fuisset: contradicto præsertim judicio consuetudo firmata sit (i), si res perpetuo similiter judicata (k). Mi-

nime enim sunt mutanda quæ interpretationem certam semper habuerunt (l). Quæ vero contra consuetudinem fiunt, revocari oportet (m). Ecclesiasticarum Institutionum, inquit Basilus (n), quædam in scriptis, quædam ex Apostolorum traditione transmissas in mysterio accepimus: quibus par virtus, & idem utrisque pietatis affectus debetur. Si enim adtentaverimus consuetudines Ecclesiæ, non per scripturas a Patribus traditas, nihil æstimare, multum detrimenti religio feret. Quæ enim, ut inde ordiamur, scriptura salutiferæ crucis signaculo fideles docuit insigniri? Quæ Orientem versus nos orare litterarum forma præstituit? Et post alia relata. Unde hæc & alia in hunc modum non pauca? Nisi quia tacita ac mystica traditione a Patribus Ecclesiastico more, reverentiori diligentia sunt in mysteriis observata silentio, quam publicata scripto. Et Augustinus (o) in his rebus, inquit, de quibus nihil certe statuit divina scriptura, mos Populi Dei & instituta majorum pro lege tenenda sunt: & sicut prævaricatores Divinarum legum ita contemptores Ecclesiasticarum consuetudinum coercendi sunt. Eadem aliorum sententia [p] consuetudine cum non solum in ceteris rebus humani juris, sed Divini quoque Juris præcepti majoribus in rebus similitudinem obrinere. Est autem hæc duplex, altera enim est omnium provinciarum, altera singularum consuetudo (q). Illa scripto Juri persimilis est & ab omnibus semper observanda. Hæc si varia est ut fit, cum eodem Venerabilis Ambrosii & Augustini exemplo mos Ecclesiæ servandus est (r). In his tamen modis ut semper adhibendus, ne servilibus oneribus premamur, & Judæorum conditio melior sit qui scriptis legibus superstitioni esse cogebantur [s]. Romanæ tamen Ecclesiæ consuetudo, qua cetera pene omnes manarunt ne a capite membra discedant, imprimis observanda est (t). Excipitur tamen semper ea consuetudo, quæ contra Jus Divinum ac Naturale irrepsit (u) etiamsi sit longissimo tempore observata, ita ut memoria hominum in contrarium non existat; etiamsi Sacramento quod iniquitatis vinculum esse non debet confirmetur (x). Hæc enim vetustas erroris est [y]: ac tanto sunt graviora peccata, quando diu-

B 2 tius

\* I. Petri cap. 2. v. 13. b Gregor. lib. 11. ep. 54. seu cap. 54. ex qua G. caus. 11. q. 1. cap. 78. & caus. 2. q. 1. cap. 7. Greg. IX. lib. 2. Decr. tit. 20. cap. 2.  
 e Augustin. ad Bonifac. ep. 50. Ivo lib. 2. tit. 12. cap. 17. G. Dist. 9. cap. 1. Nicol. Papa Episcopis in concil. ap. conciniam congreg. Ivo lib. 2. tit. 12. cap. 1. 2. & 3. G. Dist. 10. cap. 1. Innoc. epist. 18. Greg. lib. 9. epist. 39. G. Dist. 10. cap. 1. Pius cap. 3. Burch. lib. 15. cap. 10. Ivo lib. 2. tit. 12. cap. 2. G. Dist. 10. cap. 1. Symmach. 6. Syn. Rom. Ivo ibid. cap. 4. G. Dist. 10. cap. 2. Felix, Burch. l. 15. c. 8. & 9. Grat. ead. Dist. cap. 3. & 4. Triburiense cap. 10. Gregor. lib. 7. ep. 4. seu cap. 4. d Symmach. in Synod. Rom. 3. cap. 1. & 3. G. Dist. 96. cap. 1. Innocent. III. ap. Greg. IX. Dist. lib. 1. tit. 2. cap. 7. & 10. G. caus. 16. q. 7. cap. 23. & 24. e Greg. Dist. 54. ubi supra.  
 f Symmach. ubi supra & ceteri. g Lucius III. apud Greg. IX. Decr. lib. 5. tit. 32. cap. 1. h Novell. 83.  
 i Julian. Dig. lib. 1. tit. 3. l. 32. Ulpian. ibid. l. 33. Instir. lib. 1. tit. 2. §. 9. Ivo lib. 2. tit. 12. cap. 24. G. Dist. 12. c. 6. Imp. Leo & Anthem. C. lib. 8. tit. 53. l. 3. k Julian. ubi supr. Hermog. l. 35. Dist. eod. Basil. ad Diodor. Phot. tit. 1. cap. 3. Marth. Blast. eod. tit. cap. 2. m Callistrat. Dig. lib. 1. tit. 3. l. 37. Innoc. apud Greg. IX. Decr. lib. 1. tit. 4. cap. 8. n Ulpian. Dig. lib. 1. tit. 3. l. 34. o Callistrat. Dist. eod. l. 38. Imp. Alex. Cod. lib. 8. tit. 53. l. 1. 2. Ivo lib. 2. tit. 21. cap. 16. G. Dist. 12. cap. 7. p Paul. Dig. l. 1. tit. 3. l. 23. q Imp. Alex. Cod. lib. 8. tit. 53. l. 2. Ivo lib. 2. tit. 21. cap. 16. G. Dist. 12. cap. 7. r Basil. ad Amphilocho. cap. 27. Phot. tit. 1. cap. 3. Arsen. 19. Matth. ibid. 2. Aug. in lib. de Dict. Basilii cap. 27. Burch. lib. 3. cap. 127. Ivo lib. 2. tit. 12. cap. 23. G. Dist. 11. c. 5. Idem Basil. cap. 29. ad eund. s Aug. epist. ad Casulan. G. Dist. 11. cap. 7. t Gangren. cap. ult. G. Dist. 41. cap. 5. Taras. ad Hadrian. Synod. VII. G. caus. 1. q. 7. cap. 2. Innoc. ep. 1. c. 1. G. Dist. 11. cap. 11. Hieron. Dist. 12. cap. 4. Nicol. ad Hincmar. Ivo lib. 2. tit. 12. cap. 20. G. ead. Dist. cap. 5. Aug. ep. 118. G. eod. c. 11. Leo, G. Dist. 11. cap. 10. Aug. lib. 11. contra Faustum cap. 2. G. ead. Dist. cap. 9. u Augustin. de fid. Christ. G. Dist. 11. cap. 8. Idem epist. 118. G. Dist. 12. cap. 11. x Augustin. Dist. epist. 118. y Augustin. epist. 119. cap. 19. G. Ivo lib. 2. tit. 12. cap. 32. Dist. 12. cap. 12. Innoc. Dist. ep. 1. cap. 1. G. Dist. 11. cap. 11. Callixt. Pap. ep. 1. G. Dist. 12. cap. 1. Anastas. II. ad Anast. August. cap. 6. G. ead. cap. 2. Vide tamen Augustin. epist. 118. Dist. ead.

tius infelices animas detinent alligatas (a). Veritate quoque ac ratione patefacta sed ac consuetudo quamvis vetusta, quamvis vulgaris (b). Etenim consuetudinem ratio præcedit (c). Rationem hoc loco æquitatem, honestatem, atque iustitiam appellamus, non causam. Fieri enim potest, ut licet sine causa, sed per errorem quidquam introductum sit, deinde consuetudine obineat: id in similibus locum non habere scriptum est (d). An contra Jus scriptum consuetudo valeat quæri potest. Et cum constet abrogari posse legem non solum alia lege lata, sed etiam tacito consensu populi (e): & cum

leges non alia ex causa teneant, quam quod iudicio populi receptæ sint (f): contraria voluntate videretur posse consuetudinem valere. Contra vero plurimorum rescripta exstant. Consuetudinis quidem ususque longevi non vilem auctoritatem esse; verum non usque eo, ut aut rationem vincat, aut legem (g). At Gregorius Nonus rem ita temperavit (h), ut naturale jus cujus transgressio, inquit, *periculum salutis indicat*, quacumque consuetudine non derogetur. Sed Jus nostrum, si ratione consuetudo constet, & legitime sit præscripta, tollatur (i). Quid præscriptionem legitimam appellaverit tertio libro quærendum est.

## Liber Secundus.

**S**uperiore libro de Jure scripto & non scripto Divino atque Humano, quibus constare Jus nostrum diximus, accurate, ni fallor, scriptum est. Nunc videamus quid Pontificio Jure, de quo agimus, contineatur. E cum omne Jus quo utimur, vel ad Personas pertineat, vel ad Res, vel ad Actiones: atque Hominum causa omne Jus constitutum sit (a): de eo Jure, quod ad Personas pertinet, in hoc libro; de ceteris, ut res patietur, in proximis perscribemus. Homines autem vel Christiani sunt, vel Judæi, vel Pagani. Paganos appello eos omnes, qui Religione neque cum Christianis, neque cum Judæis consentiunt. Christiani vero aut Clerici, aut Laici sunt. Clericos appellamus Templis addictos Viros, initiatosque Sacris. Laicos profanos, & qui ministri esse aut nolunt, aut non possunt, aut qui a Pontificibus in partibus illorum constituti non sunt. Clericorum ordines ac gradus permulti. Summa vero eorum divisio est, ut alteri Pontifices, alteri non Pontifices dicantur. Pontifex aut Maximus est, aut major, aut minor. Maximum Romanum appellamus, majores ceteros Patriarchas, atque Primates; item Archiepiscopos sive Metropolitanos. Minores ceteros Episcopos, ac Chorepiscopos. De Pontifice itaque Maximo initio videamus; tum de reliquis majoribus atque minoribus Pontificibus: ad extremum de laicis, ut nihil

eorum, quæ ad Christianorum hominum personas pertineant omittamus. Postea de Judæis ac Paganis dicemus.

Principio Jesus Christus Optim. Max. primum Pontificem Petrum illis verbis constituit (b): „Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam; & portæ inferi non prævalebunt adversus eam; & tibi dabo claves Regni Cælorum; & quocumque ligaveris super terram erit ligatum & in Cælis (c), & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in cælis“. Item illis quibus post interitum usus est, cum suos agnos ovesque ter eidem pascendos commisit. „Pascite agnos meos, pascite oves meas (d)“. Hunc etiam ceteri Apostoli pari honore, ac potestate præditi suum ipsorum Principem esse voluerunt (e). Quod posteris ejusdem sedis antistibus deberi ab his qui Apostolorum munere functi sunt, semper agnatum est, atque delatum (f). Petrum vero constat Antiochiæ prius sedem constituisse; ac tum primum Christianos appellatos esse (g): inde post septem annos Romana ex divina iussione ut Marcellus testatur (h) migrasse. Hic Linum, Cletum, Clementem, Pontifices designatos fuisse. Quos secuti sunt longo ordine ceteri pari vel potius eadem usi potestate (i). Quos summos Sacerdotes, Pontifices Maximos, Papas, Patriarchas, Archiepiscopos (k), Episcopos Romanæ urbis vel

a Greg. IX. Dist. lib. 1. tit. 4. cap. 11. Augustin. ad Casulan. G. Dist. 11. cap. 7. Greg. lib. 1. epist. 75. Burch. l. 3. cap. 124. Ivo lib. 2. tit. 12. cap. 21. G. Dist. 12. cap. 8. Bonifac. VIII. in 6. lib. 1. tit. 4. cap. 1.

b Cyprian. ad Pompejum G. Dist. 8. cap. 8. Greg. IX. Decretal. lib. 1. tit. 4. cap. 11.

c Augustin. lib. 3. cap. 6. contra Donat. Ivo lib. 2. tit. 12. cap. 28. 29. G. Dist. 8. cap. 4. Idem Aug. lib. 4. cap. 5. & lib. 3. cap. 5. Ivo lib. 2. tit. 12. cap. 30, 31. G. Dist. 8. cap. 47. Cyprian. ad Pomp. & Ilibajan. Idem lib. 2. ep. 3. ad Cæcil. G. ead. Dist. cap. 8. & 9. d Alex. Imp. Cod. lib. 8. tit. 53. l. 1. Ivo lib. 2. tit. 12. cap. 26. G. Dist. 12. cap. 7. Constantin. Imp. Cod. lib. 8. tit. 53. l. 2. Ivo lib. 2. tit. 12. cap. 27. G. Dist. 11. cap. 4. Greg. IX. Decr. lib. 4. tit. 4. c. 11.

e Celsus Dig. lib. 1. tit. 3. l. 39. f Julian. Dig. lib. 1. tit. 3. l. 32. Ivo lib. 1. tit. 2. cap. 10. Innoc. III. Decr. lib. 1. tit. 4. cap. 8. Bonifac. VIII. in 6. lib. 1. tit. 4. cap. 4. g Julian. ubi supr. Modestini. l. 40. D. eod.

h Constantin. Imp. Cod. lib. 8. tit. 53. l. 2. Ivo lib. 2. tit. 12. cap. 27. G. Dist. 11. cap. 4. Ivo ibid. cap. 29. G. ead. Dist. cap. 1. Nicol. ad Michael. Ivo ibid. cap. 18. G. Dist. 11. cap. 2. Dist. 12. cap. 13. Leo IV. Lothario. Ivo ibid. cap. 19. Innoc. III. Dist. lib. 1. tit. 4. cap. 3. 4. 5. 7. i Greg. IX. Decr. lib. 1. tit. 4. cap. 11.

a Cajus & Hermogenes D. Lib. 1. tit. 5. l. 1. & 2. b Anaclet. epist. 2. Burch. lib. 1. cap. 1. Ivo lib. 3. tit. 7. c. 7. Panorm. Anselm. lib. 1. cap. 1. Grat. Dist. 21. cap. 2. Gelaf. & LXX. Ivo lib. 4. tit. 1. cap. 3. Grat. ead. Dist. cap. 3. Anaclet. epist. 3. Ivo lib. 4. tit. 1. cap. 2. Anselm. lib. 1. cap. 2. & cap. 66. Grat. Dist. 22. cap. 2. c Matth. cap. 16.

d Joann. cap. 21. e Anaclet. ubi supra. Burch. lib. 1. cap. 159. Grat. Dist. 22. cap. 2. Melchiad. epist. 1. Burch. lib. 1. cap. 2. Cyprian. de Simpliciter. Prælat. Gr. caus. 24. q. 1. cap. 18. Jul. epist. 1. Grat. caus. 3. q. 6. cap. 9.

f Anaclet. ep. 3. Burch. lib. 1. cap. 159. Dist. 22. cap. 2. Melchiad. epist. 1. Burch. lib. 1. cap. 2. Innoc. epist. 26. Grat. caus. 24. q. 1. cap. 12. Jul. ep. 1. Gr. caus. 3. q. 6. cap. 9. Eugen. IV. in Florentin.

g Luc. Act. 11. Anaclet. epist. 3. Anselm. lib. 1. cap. 66. Ivo lib. 4. tit. 1. cap. 4. Gr. Dist. 22. cap. 2. Gelaf. & 70. Greg. lib. 6. epist. 34. Damas. in Petro. h Marcell. epist. 1. Grat. caus. 24. q. 1. cap. 15. Anselm. lib. 1. cap. 15.

i Innoc. III. Decr. lib. 1. tit. 6. cap. 20. k Isid. lib. 7. etym. cap. 12. & lib. 2. cap. 1. de eccles. offic. G. Dist. 21. cap.

senioris Romæ (a) scimus fuisse appellatos. Primæ quoque sedis Episcopos non dubium est plerisque (b) locis nuncupari. Alteri tamen Pelagio, & Gregorio quemquam Œcumenici, sive universalis Patriarchæ nomine quod a Chalcedonensi Concilio delatum fuerat Romano Pontifici appellari displicuit (c) propterea quod existimarent eum, qui totius Orbis terrarum Patriarcha diceretur, ceteros aliquo numero esse negare. Africanis etiam Patribus vetitum fuit (d) ne primæ Sedis Episcopum principem Sacerdotum, aut summum Sacerdotem, aut id genus aliquo alio nomine, quam primæ Sedis Episcopum appellarent. Græci tamen sæpe in eo nomine usurpando perseveraverunt (e). Nostri magna modestia Episcopos se servorumque Dei servos more majorum esse profitentur (f). Hætenus de origine, ac nomine, nunc de electione, sive de comitiis Pontificis Maximi, mox de potestate, atque administratione cognoscendum est. Primum Pontificem Petrum a Christo Optimo Maximo factum esse antea retulimus. Petrus Linum, & Cletum adjutores, Clementem successorem constituit (g). Lino vero & Petro postea Clemente interfectis Cletus Pontifex fuit (h). Huic Anacletus successit. Anacleto Evaristus, & ceteri deinceps, quos longum esset referre. Quo vero ordine antiquioribus illis temporibus comitia haberentur, traditum non est, tamen exemplum Petri aliquos secutos crediderim nisi repentino Pontifex de medio tolleretur (i). Tum vero atque sequentibus temporibus omnium Christianorum hominum, qui in urbe forent voluntate (k); ad extremum ut in ceteris Episcopis constitutum est (l). Clericis deligentibus, plebe consentiente, aliis Episcopis auctoritatem suam interponentibus (m) Cæsaribus quoque voluntas, atque potestas sæpe in comitiis Pontificis imperavit (n). Sed de toto ipso ceterorum Pontificum constituendo-

rum ordine suo loco conscribemus. Nos de hoc ipso Romano hoc loco illa, quæ cum aliis communia non sunt, dicemus. Et initio constituendum est, Pontifici Maximo Urbis Romæ sacra esse commissa, in quibus Episcopi munere fungitur (o). Tum etiam provinciam obtinet Latium, in quo aliquot minores Pontifices eundem ipsum Archiepiscopum colunt atque observant suum (p). Jam vero Italia, Gallia, Germania, Hispania, & Africæ magna pars, Sicilia, Britannia, aliæque Insulæ atque Provinciæ Occidentis Patriarchæ suam agnoscunt ac venerantur (q). Hi vero omnes ac ceteri bene de Religione Christiana sentientes Pontifici Maximo Religionis ergo subesse præferunt (r). Itaque quod ad Archiepiscopi atque Episcopi munus attinet, hoc illi est cum plerisque omnibus commune eo excepto quod neminem habet Primatem, aut Patriarcham, aut majorem Pontificem cui parendum sit. Cetera quæ Patriarchæ & Pontificis Maximi sunt, magna ex parte singularia sunt, quæ permultis locis in necessariam cognitionem his libris exponuntur. Illi vero Episcopi qui hunc solum Archiepiscopum observant, item illi Sacerdotes, atque Diaconi, sive Ministri qui hunc solum Pontificem sequuntur præcipua quadam appellatione Cardinales Episcopi, Presbyteri, Diaconi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ appellantur. His solis comitia Pontificis Maximi commissa sunt pari inter omnes suffragio (s): ita ut quem major tertia eorum parte numerus non repudiet, Pontifex renunciatur (t). His consuetum est aliquem ex eorum ordine absentem, præsentemve facere Pontificem (u). Multis vero poenis ambitus coercetur (x), certa que forma constituta his comitiis est (y), quæ omnibus discere in libris Epistolarum atque Decretorum licebit. Pontifici designato administratio concessa est (z): ne comitorum mora orta feditio, ut plerumque fit,

cap. 1. Justin. Cod. lib. 1. tit. 1. l. 8. Novell. 9. & 131. cap. 3. a Nicæn. cap. 6. G. Dist. 65. cap. 6. Constantinopolit. III. vel V. G. Dist. 22. cap. 3. VI. Synod. cap. 36. G. Dist. 22. cap. 6. VIII. Synod. cap. 21. Grat. ead. Dist. cap. 7. Justinian. Cod. lib. 1. tit. 1. l. 8. b Anaclet. epist. 3. Ivo lib. 4. tit. 2. cap. 4. Grat. Dist. 22. cap. 2. Nicol. ad Michael. Ivo lib. 4. tit. 1. cap. 6. G. Dist. 21. cap. 7. c Pelag. II. epist. 1. Anselm. lib. 6. cap. 130. G. Dist. 99. cap. 4. Greg. lib. 7. ep. 30. Anselm. lib. 6. cap. 131. G. ead. Dist. cap. 5. Idem Greg. lib. 4. epist. 32. 34. 36. 38. 39. & lib. 7. epist. 6. e Carthag. III. cap. 6. Burch. lib. 1. cap. 3. Grat. Dist. 99. cap. 3. d Pelag. & Greg. ubi supra V. & VI. Synod. f Innoc. III. collect. 3. lib. 1. tit. 21. cap. 2. Greg. IX. in prol. Decretal. Bonif. VIII. in prol. VI. Decretal. Joann. XXII. in prol. Clementin. g Joann. III. ep. 1. Anselm. lib. 2. cap. 55. Gr. caus. 8. q. 1. cap. 1. Clem. epist. 1. Gr. ead. cap. 2. Damaf. in Petro Lino, Clem. Anaclet. epist. 1. 2. & 3. h Damaf. Joann. & Anaclet. ubi supra; licet Euseb. & Hieron. aliter. i Symmach. in Synod. cap. 4. Anselm. lib. 6. cap. 1. Ivo lib. 3. tit. 1. cap. 2. Gr. Dist. 79. cap. 10. & in prol. caus. 8. q. 1. k Nicol. Joann. Ravenn. Episc. G. Dist. 63. cap. 13. Cyprian. ep. 68. Hieron. in levit. Gr. caus. 8. q. 1. cap. 15. l Leo. epist. 90. cap. 1. Burch. lib. 1. cap. 11. Anselm. lib. 6. cap. 68. Grat. Dist. 62. cap. 1. VIII. Synod. cap. 22. Ivo lib. 3. tit. 2. cap. 1. Grat. Dist. 63. cap. 1. & 2. Cælest. epist. 2. cap. 5. Gr. Dist. 63. cap. 26. Nov. 123. cap. 1. m Nicol. II. in Synod. Ivo lib. 3. tit. 1. cap. 1. G. Dist. 23. cap. 1. Anaclet. ep. 2. G. Dist. 79. cap. 11. Symmach. 12. in Syn. I. cap. 4. Anf. lib. 6. cap. 1. Ivo lib. 3. tit. 1. cap. 2. Grat. Dist. 79. cap. 10. & in prol. caus. 8. q. 1. n Stephan. Ivo lib. 3. tit. 4. cap. 1. in fin. Gr. Dist. 63. cap. 28. Nicol. II. in Synod. Ivo lib. 3. tit. 1. cap. 1. Grat. Dist. 23. cap. 1. Ex variis Hist. Ivo lib. 8. tit. 10. cap. 1. & 2. Grat. Dist. 63. cap. 21. 22. 23. Greg. IV. Grat. ead. Dist. cap. 29. Ex pass. & constitut. variis. Grat. ead. Dist. 63. cap. 30. 31. 32. 33. Anselm. lib. 6. cap. 32. o Cornelius in epist. ad Cyprian. 46. Syricius epist. 2. Leo Allarius de consens. Eccl. Occid. & Orient. lib. 1. cap. 8. p Synodus Romana Bonifacio IV. coacta, Beda lib. 2. cap. 4. q Innoc. epist. 1. Burch. lib. 3. cap. 125. Anselm. lib. 1. cap. 41. Grat. Dist. 11. cap. 11. r Innocent. III. Decretal. lib. 1. tit. 33. cap. 6. Bonif. VIII. extra com. lib. 1. tit. 8. cap. 1. s Nicol. II. in Synod. Grat. Dist. 23. cap. 1. Anselm. lib. 6. cap. 12. Grat. Dist. 79. cap. 1. Anselm. lib. 6. cap. 18. Grat. Dist. 79. cap. 9. t Alexander III. Decretal. lib. 5. tit. 6. cap. 6. u Nicol. II. in Syn. Ivo lib. 3. tit. 1. cap. 1. Grat. Dist. 23. Steph. III. in Concil. Anselm. lib. 6. cap. 25. Grat. Dist. 79. c. 2. 3. 4. x Nicol. II. in Synod. Ivo lib. 3. tit. 1. cap. 1. Grat. Dist. 23. cap. 1. Anselm. lib. 6. cap. 12. Grat. Dist. 79. cap. 1. Stephan. in Synod. Anselm. lib. 6. cap. 26. Grat. Dist. 79. cap. 5. Leo IV. in Synod. Anselm. lib. 6. cap. 28. Grat. ead. Dist. cap. 6. Symmach. in Synod. Burch. lib. 1. cap. 223. Anselm. lib. 6. cap. 1. Gr. Dist. 79. cap. 2. Bonifac. III. in Synod. Anselm. lib. 6. cap. 211. Grat. ead. Dist. cap. 7. Idem Symmach. Ivo lib. 3. tit. 1. cap. 2. Gr. ead. Dist. cap. 10. Idem Nicol. II. Anselm. lib. 6. cap. 17. Gr. ead. Dist. cap. 9. Honor. Aug. ad Bonifac. Anselm. lib. 6. cap. 14. Grat. ead. Dist. cap. 8. Leo & Anthem. Aug. Cod. lib. 1. tit. 3. l. 32. Anselm. lib. 6. cap. 3. Justin. Novell. 123. cap. 3. in fin. Lothar. Octo. Henric. Anselm. lib. 6. cap. 4. y Greg. X. in concil. Lugd. in VI. lib. 1. tit. 6. cap. 3. Clem. V. Clementin. lib. 1. tit. 3. cap. 2. z Nicol. II. ubi supra. Innoc. III. Decretal. lib. 1. tit. 6. cap. 28. ex Ord. Rom. Anselm. lib.

fit, labem moribus atque urbibus ferat. Electionem consecratio sequitur, quæ paucis quibusdam rebus a ceterorum Antistitum consecratione differt (a), de qua postea dicemus. Nunc de potestate videamus cujus duæ partes sunt. Nam quæ recte atque ordine nullo singulari jure geruntur, ordinaria potestate fieri dicuntur. Quæ vero contra Regulas Juris sunt propter aliquam utilitatem, quæ ex re, persona, loco, tempore ducatur, ac Pontificem moveat, hæc jure singulari, ac potestate absoluta fieri dicuntur; est enim illa distinctio de qua antea diximus, ut quibusdam in rebus Episcopi solum munere fungatur, quibusdam Metropolitanis, quibusdam Patriarchæ, ceterisque juribus singularem potestatem exerceat. Cum igitur intra urbem Basilicas consecrat, sacerdotes, atque alios ministros constituit, Ecclesiisque singulis præficit jus inter Clericos urbanos dicit, quibus rebus vicarium urbis Romæ constitui solitum est, Episcopum agit; cum vero Provinciale Concilium suæ Provinciæ Pontificem convocat, cujusmodi pleraque extant Romæ habita veterum Pontificum, cum appellationes eorum audit, cum consecrat eosdem, nihil agit quod Archiepiscopo cuivis facere non liceret. Huic plane ministerio adscitis Episcopis in Cardinalium cœtum, quibus consiliariis utitur vix locus est. Cum vero majori concilio uti vult, cumque de his causis cognoscit, quæ extra provinciam deferuntur, si de his locis agatur, quæ intra fines a majoribus constitutos Romano Patriarchæ sint, tum Patriarchæ jure utitur (b), si extra eos fines singulari illo jure, de quo

agimus, res gesta erit: quæ vero illa sint, quæ singuli Episcopi, Archiepiscopi, Patriarchæ possint, infra conscribemus. Jure autem singulari Pontifex Maximus hæc sibi vindicat. Principio ut is solus a Deo Opr. Max. plenam in omnes justamque potestatem acceperit [c], quod antea significavimus; ceteris vel a Petro, vel a successoribus Sedes constitutæ sint (d). Hinc mater omnium, & caput Romana Ecclesia appellatur. Hinc omnes Christianos Pontifici Maximo subici receptum est (e). Prima sedes judicat omnes, a nemine vero judicatur (f). Majora Ecclesiarum omnium negotia, sive ad crimina, sive ad seditiones de religione, sive ad alias controversias, vel causas pertineant, sine Pontificis Maximi auctoritate definiri nequeunt (g): in his Episcoporum damnatio est (h), atque mutatio (i). Adjutorium quoque datio eisdem Antistitibus [k]. Quæ qua ratione fiant suo loco conscripsimus. Jam vero Conciliorum Generalium convocatio, atque auctoritas, ut superiore libro scripsimus, ad hunc solum Pontificem pertinet [l]. De Fide ac Religione nihil sine eo statui potest (m). Cui Christus, ipse Dominus Deusque noster discrete pollicitus est bonam mentem ac fidem: & ut ceteros confirmaret admonuit, hortatusque est. „Ego rogavi, inquit (n), pro te ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conversus confirma fratres tuos“. Est & hujus sedis injuste a quacumque Synodo vel Antistite damnatos ejectosve, aut quos sacris interdixerunt, juste restituere, eosque damnare sine concilii alicujus necessario consensu, qui injusti atque crudeles fuere (o).

Quem

- lib. 6. cap. 45. a Nicol. II. in Synod. Ivo lib. 3. tit. 1. cap. 7. Grat. Dist. 23. cap. 1. Anselm. lib. 6. cap. 13. Gr. Dist. 79. cap. 9. b Nicæn. cap. 6. c Anacl. epist. 2. Anselm. lib. 1. cap. 1. Ivo lib. 3. tit. 7. cap. 7. Grat. Dist. 21. c. 2. Idem Anacl. epist. 3. Anselm. lib. 1. cap. 2. & 61. Burch. lib. 1. cap. 159. 178. Ivo lib. 4. tit. 1. cap. 2. Grat. Dist. 22. c. 2. Gelaf. & LXX. Ivo lib. 4. tit. 1. cap. 3. Grat. Dist. 21. cap. 3. Nicol. ad Michael. Grat. Dist. 22. cap. 1. Anast. II. Grat. Dist. 12. cap. 2. Innoc. epist. 1. Burch. lib. 3. cap. 225. Grat. Dist. 11. cap. 11. Melchiad. Burch. lib. 1. cap. 2. Clem. epist. 1. Anselm. lib. 1. cap. 3. 5. 8. Cyprian. de Simpliciter. Eccles. Grat. caus. 24. q. 1. cap. 18. Leo epist. 79. Grat. ead. q. cap. 16. Innoc. III. Decretal. lib. 1. tit. 33. cap. 6. d Innoc. epist. 1. Burch. lib. 3. cap. 135. Anselm. lib. 1. cap. 45. Grat. Dist. 11. cap. 11. Anast. II. Grat. Dist. 12. cap. 2. Nicol. ad Mich. G. Dist. 22. c. 1. Melchiad. Burch. lib. 1. cap. 2. Vigil. Anselm. lib. 1. cap. 9. Gelaf. Anselm. lib. 1. cap. 31. Jul. epist. 1. Grat. caus. 3. q. 9. c. 9. Sixt. epist. 2. Grat. caus. 8. q. 5. cap. 1. Bened. XI. extrav. comm. lib. 1. tit. 3. cap. 3. e Callixt. epist. 1. Anselm. lib. 1. cap. 12. Grat. Dist. 12. cap. 1. Anast. II. ead. Dist. cap. 2. Anacl. epist. 3. Ivo lib. 4. tit. 1. cap. 2. Burch. lib. 1. cap. 178. Grat. Dist. 22. cap. 2. Nicol. ad Michael. Grat. ead. Dist. cap. 1. Constantin. Imp. Grat. Dist. 96. cap. 13. & 14. Vigil. ep. un. cap. 7. Anselm. lib. 1. cap. 9. Marcell. epist. 1. Grat. caus. 24. q. 1. cap. 15. Pius. Anselm. lib. 1. cap. 11. Lucius. Anselm. lib. 1. cap. 13. Symmach. in eod. Ennod. Ivo lib. 4. tit. 1. cap. 7. Anselm. lib. 1. cap. 24. Grat. caus. 9. q. 3. cap. 14. Lucius. Anselm. lib. 1. cap. 35. Grat. caus. 24. q. 1. cap. 9. Justinian. Cod. lib. 1. tit. 1. l. 7. f Bonifac. VIII. Extrav. comm. lib. 1. tit. 8. cap. 1. Innoc. III. apud Greg. IX. Decr. lib. 1. tit. 6. cap. 34. Idem Decr. lib. 1. tit. 33. cap. 6. Hadrian. Grat. caus. 25. q. 1. cap. 11. Marcell. epist. 1. Grat. caus. 24. q. 1. cap. 15. Anast. II. Grat. Dist. 12. cap. 2. Symmach. in Synod. Grat. Dist. 96. cap. 1. Gelaf. Ivo lib. 5. tit. 3. cap. 28. Grat. ead. Dist. cap. 10. Aug. lib. 2. de Baptis. cap. 1. Grat. caus. 2. q. 7. cap. 35. Eugen. IV. in concil. Florent. g Nicol. ad Mich. Leo IV. epist. 1. cap. 6. Grat. Dist. 21. cap. 7. 8. & 9. Beda in Apocal. Gr. caus. 9. q. 3. cap. 9. Bonif. & Gelaf. apud Nicol. Grat. ead. q. cap. 10. Innoc. vel Silvester. Grat. ead. q. cap. 13. Symmach. in lib. Ennod. Ivo lib. 4. tit. 1. cap. 7. Anselm. lib. 1. cap. 24. Grat. ead. q. cap. 14. Anter. Grat. ead. q. cap. 15. Gelaf. Grat. ead. q. cap. 16. 17. Nicol. ad Mich. Ivo lib. 4. tit. 1. cap. 9. Grat. caus. 17. q. 4. cap. 30. Idem Grat. Dist. 96. cap. 7. Bonif. VIII. Extrav. comm. lib. 1. tit. 8. cap. 1. h Damas. Grat. caus. 3. q. 6. cap. 6. Eleuth. Ivo lib. 4. tit. 12. cap. 10. 12. Grat. ead. q. cap. 7. Jul. epist. 1. Grat. ead. q. cap. 9. Sixt. epist. 1. Ivo lib. 4. tit. 12. cap. 2. Burch. lib. 1. cap. 176. Grat. ead. q. cap. 5. Joann. Grat. ead. q. cap. 10. Athan. ad Felic. Grat. caus. 9. q. 3. cap. 12. Marcell. ep. 1. Grat. caus. 24. q. 1. cap. 15. Melchiad. Burch. lib. 1. cap. 2. Jul. Oriental. Burch. lib. 1. cap. 175. 144. Anacl. epist. 1. Burch. lib. 1. c. 178. Ivo lib. 4. tit. 1. cap. 2. Leo Nicetæ. Anselm. lib. 1. cap. 29. Sardic. cap. 5. Grat. caus. 6. q. 4. cap. 7. Alexand. Gr. caus. 11. q. 1. cap. 14. Innoc. III. Decr. lib. 1. tit. 7. cap. 1. & 2. i Damas. Eleuth. Leo Jul. Sixt. Melchiad. Sardic. ubi supra & Stephan. & Felix. Burch. lib. 1. cap. 154. 157. Ivo lib. 4. tit. 12. cap. 10. & 11. Grat. caus. 2. q. 1. cap. 5. Leo IX. ad Afric. Greg. lib. 2. epist. 11. Burch. lib. 3. cap. 89. Ivo lib. 2. tit. 4. cap. 10. Grat. caus. 7. q. 1. cap. 44. k Zacharias Bonifacio Mogunt. Grat. cap. 7. q. 1. cap. 17. Pelag. clero Narn. Grat. ead. cap. 18. l Pelag. II. ep. 1. Burch. lib. 1. cap. 42. Anselm. lib. 1. cap. 52. Ivo lib. 4. tit. 2. cap. 2. Grat. Dist. 17. cap. 5. Marcell. Grat. ead. Dist. cap. 1. Jul. ep. 1. Grat. caus. 3. q. 6. cap. 9. Damas. Burch. lib. 1. cap. 179. Symmach. in lib. Ennod. Grat. Dist. 17. cap. 6. Jul. ead. Dist. cap. 2. Grat. caus. 2. q. 6. cap. 10. m Euseb. ep. 3. Grat. caus. 24. q. 1. cap. 11. Hieron. Grat. ead. q. cap. 14. Lucius Papa. Anf. lib. 1. cap. 13. 35. Grat. ead. q. cap. 9. Sixt. ep. 1. Anf. lib. 1. cap. 36. Gr. ead. q. cap. 10. Innoc. ep. 26. Anselm. lib. 1. cap. 27. Grat. ead. q. cap. 12. Marcell. vel Symmach. in synod. Grat. ep. 25. q. 1. cap. 6. & 8. Innoc. III. Greg. Decr. lib. 3. tit. 42. cap. 3. Justinian. Cod. lib. 1. tit. 1. l. 7. n Lucæ cap. 22. v. 32. o Athanas. Patr. ad Felic. Grat. caus. 9. q. 3. cap. 11. Gelaf. Ivo lib. 4. tit. 1. cap. 8. Anf. lib. 1. cap. 47. Grat. ead. q. cap. 17. Sixt. epist. 3. Burch. lib. 1. cap. 192. Grat. ead. q. c. 19. Alexand. II. Ivo lib. 5. tit. 5. cap. 10. Grat. caus. 24. q. 1. cap. 4. Leo Grat. ead. q. c. 5. Gelaf. Anf. lib. 1. cap. 48. Cyrill. ad Joann. Antioch. Burch. lib. 1. cap. 233. Ivo in præfat. Panorm. cap. 32. Grat. Dist. 50. cap. 13. concil. Soph. cap. 1.



Quem vero sacris arcet aut damnat Pontifex Maximus nemo sine ejus auctoritate suscipere potest (a). De omnibus vero appellationibus quorumcumque locorum cognoscit: ab ipso appellari non licet [b]. Si enim est qui semper appellatur, neque etiam ad Concilium Generale futurum permissum est provocari (c). Quid appellationem aut provocationem appellemus quarto libro conscripsimus. Jam vero illud quoque insigne est posse legibus Generalis Concilii nedum ceterorum solvere (d). Hanc dispensationem Innocentius Tertius appellat, ejusque iustas causas enumerat (e): literarum scientiam, morum honestatem, vitam, virtutes, famam, concordem electionem sacerdotum, populi petitionem, consensum Principis, votum Antistitis, aliorum Pontificum suffragia, humilem devotamque confessionem supplicantis. Quæ licet tum omnia optima Pontificem movissent, non negat tamen posse alias causas aut aliquot ex eisdem enumeratis alios movere. Namque idem Pontifex in Concilio Generali cum duo sacerdotia aut dignitates eidem conferri vetuisset, circa sublimes tamen & litteratas personas, inquit (f), quæ majoribus beneficiis sunt honorandæ, cum ratio postulaverit, per Sedem Apostolicam poterit dispensari. Multa quoque sunt quæ aut pro necessitate temporum, aut pro consideratione ætatum temperari oportet (g). Exempla autem veterum Pontificum extant, qui causa, temporibus, loco ac persona circumspiculis adversus veterum Patrum constituta sedibus Pontifices mutari (h), depositos Episcopos restitui (i), sacerdotum filios Pontifices creari (k), aliaque id genus [l] fieri permiserunt. Abolitio quoque omnium criminum singularis est, & relaxat cum indulgentia, quæ Deo ab hominibus debentur [m], divina illa liberalitate in omnes effusa, de qua solus Petrus audivit (n): „Beatus es  
 „ Simon Bariona, quia caro & sanguis non revela-  
 „ vit tibi; sed Pater meus qui in cælis est. Et ego di-  
 „ cot tibi quia tu es Petrus, & super hanc Petram  
 „ ædificabo Ecclesiam meam: & portæ inferi non  
 „ prævalebunt adversus eam, & tibi dabo claves  
 „ Regni cælorum“ & quæ sequuntur a nobis antea  
 relata. Habet sacrosancta Romana Ecclesia, inquit Julius [o], potestatem singulari privilegio sibi concessam aperire & claudere januas cælestis Regni quibus voluerit. In his sunt quæ ad poenitentes, ad vota, ad indulgentias, ad consecrationem divorum pertinent. Item de nuptiis, de sacris ordinibus, & si qua alia his similia enumeranda sunt, quæ & hoc & proximo libro & ceteris conscribimus. Quid de beneficiorum sive sacerdotiorum omnium collatione, & institutione dicam? is enim solus potest quod

singuli possunt (p). Singuli vero conferre nequeunt, quæ sibi ipse reservavit. Nam apud sedem Apostolicam vacantia, & quæ ex constitutionibus, & regulis generali, aut præcipua nota Pontifici Maximo reservata sunt, nemini licet usurpare. Quam multa his comprehendantur, longam esset enumerare. Nam & Patriarcharum, Primatum, Archiepiscoporum, Episcoporum sedes, & majores dignitates in singulis majoribus Ecclesiis, & omnia omnium domesticorum sacerdotia, atque alia pleraque singulorum Pontificum regulis jam inde ab Joanne altero & vicesimo, & a Benedicto Duodécimo ceteris interduntur. Huc accedit quod antea dictum est, neminem alium Pontificem generalem legem constituere posse, neminem sedem statuere Episcopo primo qui nuper initiatæ regioni præsit. In Reges, atque Imperatores, Remque publicam singularum provinciarum, & urbium quo jure utatur infra conscribemus. Cum hæc itaque & alia jure singulari competant, quæ uno verbo majora, ut sunt, appellantur (q), & quæ cum ceteris communia sunt, alio loco aptius conscribentur: omnia quæ ad potestatem attinent persecuti sumus. Reliquum est, ut de administratione eorum paucis agamus. Ejus est divisio multiplex. Aut enim per se, aut per alios, aut per se & alios res administrantur. Item sunt quæ ad res prophanas, sunt quæ ad Ecclesiasticas pertineant. Quædam præterea jurisdictionis, atque judiciorum munera contingunt. Quædam liberalitatis, munerum, præmiorum sunt. Est quoque animorum cura; est honorum, est personarum, est mixta. Et quoniam hoc libro de Personis proximo de Rebus dicendum est: per quos hæc ipsos gerantur, quodque eorum manu sit, breviter cognoscemus. Diximus Pontificis consiliarios esse Cardinales, Episcopos, Presbyteros, Diaconos, ad quos maxima, & difficillima quæque referri solent; quæ si probantur, de fratrum consilio facta esse Pontifex testatur. Ad eorum enim & Cardinalium cooptationem, & Pontificum quorumcumque creationem atque institutionem, & quæ ad alienationem patrimonii sacri pertinent, quæque ad Reges, magnasve Respublicas, aut privatas, sive de bello agatur, sive de pace, sive de fœdere, sive de magnis de Religione quæstionibus, sive de legatis mittendis, qui Provincias regant, qui Principes adeant, qui ve in concilio sint, qui ve bello in hostes publicos, vel hujus sedis inimicos intersint, cum eo Collegio sive Senatu sacra facit statutis quibusdam diebus; jus aliquando dicit; Reges Regumve oratores, aut Rerum publicarum sæpe audit. Ex hoc corpore Pro-cancellarii munus, vel in cura litterarum scriben-  
 da-

a Clem. epist. 1. Greg. lib. 5. epist. 26. Cyprian. lib. 4. ep. 9. Grat. Dist. 93. cap. 1. 2. & 3.  
 b Gelaf. Grat. caus. 9. q. 3. cap. 16. 17. Damas. epist. 3. Burch. lib. 1. cap. 179. Grat. caus. 3. q. 6. cap. 6. Sixt. ep. 2. Grat. caus. 2. q. 6. cap. 4. Idem ep. 1. Ivo lib. 4. tit. 12. cap. 2. Grat. ead. cap. 5. Marcell. ep. 1. Grat. ead. cap. 6. Zephyrin. ep. 1. Grat. eod. cap. 8. c Pius II. Jul. II. in extrav. de appell. ad futur. concil. vidend. Bellarm. lib. 2. de concil. cap. 15. 18. d Paschal. Decr. lib. 1. tit. 6. cap. 4. Innoc. III. cap. 20. eod. Idem Decr. lib. 1. tit. 9. cap. 11.  
 e Innoc. III. Decretal. lib. 1. tit. 6. cap. 20. f Innoc. III. in concil. gener. Decr. lib. 3. tit. 5. cap. 28.  
 g Leo epist. 90. Ivo in prol. 5. 3. Grat. Dist. 14. cap. 2. h Ivo 5. 22. in prol. Anter. Burch. lib. 1. cap. 77. Ivo lib. 3. tit. 6. cap. 1. Grat. caus. 7. q. 1. cap. 34. i Cyrill. ad Joann. Antioch. Burch. lib. 1. cap. 233. Ivo in prol. 5. 23. Grat. Dist. 50. cap. 15. k Ivo in prol. 5. 21. Ex gest. Rom. Pontif. Damas. Ivo lib. 3. tit. 5. cap. 11. Grat. Dist. 56. cap. 2. l Vidend. Ivo in prol. 5. 1. & seqq. Grat. caus. 1. q. 7. cap. 6. & seqq.  
 m Bonifac. VIII. extrav. comm. lib. 5. tit. 9. cap. 1. Clem. VI. cap. 2. eod. Paul. II. cap. 3. eod. Sixt. IV. cap. 4. eod. Innoc. III. in concil. gener. Decr. lib. 5. tit. 38. cap. 14. n Marth. 16. v. 16. seqq.  
 o Julius apud Ivon. lib. 4. tit. 3. cap. 11. Adde Nicol. Grat. Dist. 22. cap. 2. p Clem. III. in VI. lib. 3. tit. 4. c. 2. Bonifac. VIII. Extrav. comm. lib. 3. tit. 2. cap. 1. Clem. V. Cod. cap. 3. q Vidend. præter supra scriptos Leo IX. ad Petr. Antioch. & ad Petr. & Joann. Episc. & ad Thomam Carthag.

darum, vel in his quæ ad delegatarum causarum ordinem pertinent consistit. Litteris recte atque ordine scribendis, & e brevioribus libellis supplici educendis abbreviatores, scriptores, & alii ministri sunt. Delegatarum causarum iudices vice sacra iudicantes, tum XII. virorum collegium qui Capellani, & Sacri Palatii Auditores appellantur, tum alii quibus id in urbe, vel in provinciis committendum esse videatur. Est etiam qui quid singulis sive ex eo collegio iudicantium, sive ex ceteris delegandum sit, constituat: qui Regens appellatur. Ad Camerarium pertinet cura patrimonii sacri, urbis iurisdictio atque pacatio. Patrimonio librisque atque quæstionibus quæ inde oriuntur, Clerici Camerae præstant; urbi pacandæ Gubernator, comitatum pontificale sacris, qui Auditor Camerae appellatur Iudex ordinarius est. Idem omnium litterarum, ac sententiarum, item contractuum, quæ in forma Camerae dicuntur, executor. Pecuniæ conservandæ Thesaurarius, libris custodiendis Bibliothecarius; sacris vasis Sacrista præficitur. Pœnitentiarii officium in abolitione criminum pœnitentiumque iudicio consistit. Idem qui Monachi, qui Coniuges, qui votorum rei, quæve pœna multæve digni omnes criminosi sint declarat. Cura denique animorum huic pene omnis committitur. Hujus Ministri Regens referendarii Pœnitentiarii. Cardinalibus etiam tribus committi solet cura supplicum libellorum subscribendorum. Item brevium epistolarum. Libellis quibus Iudices petuntur, vice sacra subscribendis unus ex his quos diximus; præest referendis, quæ petuntur, referendarii, qui consiliarii etiam sunt. Idem apud Pontificem & hujus generis difficillima quæque referunt; & quæ ad præmia, & liberalitatem pertinent ejus generis libellis subscribendis alter Cardinalis præest. His tamen concedendis totum hoc in Principis voluntate, & Datarii qui diem addit, quo singuli libelli dentur, consistit. Ceteri, qui tum Consiliarii sunt, quid in jure more atque instituto consistat, quid sit in re, persona, loco, vel tempore, admonent. Tum autem quid liceat, quid deceat, quid utile sit (a). Brevibus Epistolis sæpe Cardinalis præficitur, qui officio Magistri Epistolarum fungatur, & Principis voluntate honestatem, aut utilitatem petentium moderetur. Omnibus Epistolis conscribendis Secretarii constituti sunt. Jam vero Cardinalium quoque munus est, ut Pontifici referant, quæ in singulis quibusque provinciis ac regnis digna ejus moderatione, ac liberalitate sint. Itaque Protectores eorum regnorum appellantur. Item Monasteriorum, atque ordinum Religiosorum virorum ac Virginum: quorum Præpositis per eos ad Pontificem aditus patent. Jus quoque dicunt singuli ac iudicant de his rebus, quæ eisdem delegantur; sive ut

ipsi sententiam ferant, sive ut referant, quod Principem aut Senatum iudicare oporteat. Neque enim alienum est in magnis causis Principem vel Senatum iudicare. At qui Legati Provincias regunt Cardinales de Latere missi dicuntur, ut ab his differant, quos ex aliis ordinibus Nuntios, Oratores Pontifices mittere solent, sive ut perpetuo apud Reges, Reive publicas sint, sive tum cum aliqua urget causa. Horum omnium potestas ex litteris, mandatisve manat. Quæ vero Sacris Pontificum Constitutionibus de officio Legati continentur, cum de singulis rebus conscribemus, non relinquemus. Summa est, hos proconsulari imperio in Provincia uti, Pontificia quoque auctoritate, & potestate, ejus provinciæ Sacra pene omnia regere, atque administrare. Ceteri qui vel ex Senatorio ordine, vel ex ceteris legati Oratores, Nuntii, Apocriarii mittuntur, mandata potestate, iurisdictione, aut liberalitate utuntur. Quibus accedunt Collectores, Subcollectores, Commissarii, quibus colligere sacram pecuniam, aliove munere fungi mandatur. Per quos Pontifex Maximus administrationem rerum exerceat enumeravimus: quæ magis Pontificum institutis, quam ullo scripto Jure continentur, & pro singulorum voluntate variam consuetudinem recipiunt. Hæc tamen ipsa, ni fallor magnam lucem his qui nostri Juris studio ducuntur, præstabit. Cum itaque de origine, comitiis, potestate, & administratione viderimus, reliquum est ut de interitu atque extremo Pontificiæ personæ sine agamus. Nam hoc natura constitutum est, ut singuli nascamur, res geramus, & occidamus. A Pontificis, cujus cum ortus a comitiis, obitus ab interitu, abdicatione, & damnatione ducendus est. Senatu medio tempore res geruntur. In Pontifice tamen Maximo damnatio inaudita est (b). Ut cogatur abdicare, si crimen agnoscat damnatione dignum vix recipitur: utpote si notorius hæreticus sit (c), totius Religionis subversor, aut si quo simili scelere contaminatus non respiscat. His tamen portentis atque prodigiis semper caruimus, & divino auxilio in posterum, ut spero, carebimus. Itaque morte atque abdicatione Pontifex Maximus esse desinit. Abdicationis sponte factæ exemplum Cælestinus Quintus reliquit, cui Bonifacius Octavus successit (d).

Pontifices Majores, Prælatos, Archiepiscopos, sive Metropolitanos Minores, ceteros Episcopos esse dicebamus. De Patriarchis igitur & Primatibus prius, mox de ceteris videamus. Nominis origo ex eo quod primus princepsque Pater in sua Provincia is religionis Antistes sit (e). Institutio a Christo Opt. Max. & Apostolis cœpit (f): a Romanis Pontificibus perfecta est (g). Etenim Petrus cum Jacobo & Joanne fratribus fratrem Domini Jacobum Justum Hierosolymorum Pontificem primum

con-

a Innoc. III. Decretal. lib. 3. tit. 34. cap. 7. b Nicol. ad Mich. Ivo lib. 4. tit. 1. cap. 6. Grat. Dist. 21. cap. 7. 8. & 9. Beda. Grat. caus. 9. q. 3. cap. 9. Bonif. & Gelaf. apud Nicol. Ivo lib. 4. tit. 1. cap. 10. Grat. ead. q. cap. 10. Innoc. Ivo lib. 4. tit. 1. cap. 5. Grat. ead. q. cap. 13. Symmach. Ivo lib. 4. tit. 1. cap. 7. Anselm. lib. 1. cap. 24. Grat. ead. q. c. 14. Anter. Grat. ead. q. cap. 15. Gelaf. Gr. ead. q. cap. 16. 17. Ivo lib. 4. tit. 1. cap. 8. Nicol. ad Mich. Ivo lib. 4. tit. 1. c. 9. Grat. caus. 17. q. 4. cap. 30. Idem Dist. 96. cap. 7. Bonif. VIII. Extrav. comm. lib. 1. tit. 8. cap. 1. c Bonif. Grat. Dist. 40. cap. 6. Nicol. ad Mich. Ivo lib. 4. tit. 1. cap. 6. Grat. Dist. 21. cap. 7. d Bonifac. VIII. in VI. lib. 1. tit. 7. cap. 1. e Isid. lib. 7. Etymolog. cap. 12. lib. 2. cap. 1. de eccles. offic. Grat. Dist. 21. cap. 1. f Stephan. ep. 2. Anselm. lib. 6. cap. 118. Grat. Dist. 80. cap. 1. Clem. epist. 1. Burch. lib. 1. c. 255. Anselm. lib. 6. cap. 113. Grat. Dist. 80. cap. 2. g Nicol. ad Mich. Grat. Dist. 22. cap. 1. Bened. XI. Extrav. comm. lib. 1. tit. 3. cap. 3.

consecrarunt (a). Idem Petrus Antiochiæ & Romæ primus Episcopus fuit, secundum Antiochiæ Evodium, vel Ignatium reliquit (b). Alexandria primum Marcum Discipulum constituit (c). Constantinopolis permultis annis nullo nomine inter sedes fuit [d]. Secunda vel Quarta Generali Synodo, ut Græci putant (e), secundum locum obtinuit Latinis postea, vel conniventibus, vel probantibus (f). Instituendi eos causa fuit frequentia Christianorum in celeberrima quaque urbe, & ceterarum urbium, atque oppidorum facilior ad eos com meatus (g). Neque defunt qui imitatione Paganorum vel Præsidum vel Flaminum, eos fuisse asserant (h). Sed & hoc natura rerum exposcit, ut in bene instituta Republica multi a paucis, pauci ab uno optime regantur (i). Ita, cum initio non multum inter Episcopos, & Presbyteros interesset (k). Item Episcoporum nulla esset differentia: reperti sunt gradus atque ordines, quibus aliter constituta administratione regerentur. Inter Patriarchas atque Primates nullam esse differentiam Anacletus auctor est (l). Usu tamen receptum est ut quinque Patriarchas appellemus, alios tantum Primates. Patriarchæ sunt Romanus, quem Pontificem Maximum dicimus, Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, Hierosolymitanus (m). De Romano superiori capite satis multa dicta sunt. Alexandrinus initio secundum locum obtinebat (n). Cujus Ecclesiæ primus Episcopus Marcus Evangelista Petri Discipulus (o) ut diximus. Hunc jam inde a primo Generali Concilio (p) Ægyptus, Lybia, & Pentapolis Patriarcham agnoscebant. Habuitque insignes viros Alexandria non minus sanctitate & magna eruditione claros, quam postea seditione hæresique nobiles. Hinc enim Arii Presbyteri, hinc Dioscori Patriarchæ contentio orta est, universumque orbem terrarum commovit: cum illi quos superiori libro laudavimus Pontifices fuissent Alexander, Athanasius, Petrus, Timotheus, Theophilus, & Cyrillus. Tandem Civitas a re-

ta Religione discessit, & in hostium potestatem pervenit (q). Antiocheni Patriarchæ Nicæno, Constantinopolitano, & Ephesino Concilio mentio fit (r): & ante ea Concilia ab Anacleto Quarto Romanorum Antistite (s), qui se a Divo Petro sacerdotem consecratum fuisse testatur (t). Constat Antiochiæ primum Christianos fuisse appellatos (u). Petrumque eo loci septem annos Episcopum egisse, Deique jussu Romam sedem mutasse (w) relicto, ut antea diximus, vel Evodio, vel Ignatio (y), quem plerique omnes Evodio successisse asserunt (z). Huic sedi Orientis Pontifices subiiciebantur (aa). Habuit insignes viros Religione & Fide & Doctrina multosque pro Christo passos. Hi cum initio primum locum [bb] Petro præside obtinissent, postea tertium [cc], ad extremum in quarto residerunt (dd) dum per hostes publicos licuit. Potiti hostium omnia amiserunt (ee). Hierosolymorum, ut antea diximus, Jacobus primus Pontifex fuit, qui & Justus & Frater Domini dicitur (ff). Hic primus Missæ sacrificium constituit (gg) a Christo extrema cœna institutum (hh). Ab eodem consecratio Episcoporum orta est tribus Pontificibus præsentibus. Primus enim is a Petro, Joanne, & Jacobo consecratus est (ii). In hac urbe Jesus Christus Dominus Deusque noster mortem obiit, ac revixit, Apostolos, ceterosque Discipulos docuit. In eadem Apostoli & Sanctum Spiritum receperunt, & primum conventum habuerunt & pleraque optimæ Religionis initia celebraverunt. Urbs tamen a Tito subversa ab Ælio Hadriano Augusto propinquo in loco restituta Ælia appellata est, in qua Christiani Antistites satis multi Religionem retinuerunt. Æliæ Episcopo honorem deferri Nicæni Patres jubent (kk). Quintum locum obtinuit (ll) paucisque præfuit Ecclesiis, quæ olim omnium sacratissima fuit. Constantinopolis, quæ Byzantium antea dicebatur; a Constantino nobilis esse cœpit, novaque Roma appellata est (mm). Huic urbi Principes omnia Jura veteris Romæ præstiterunt (nn). Pontifices post-

Tom. VII.

a Anaclet. ep. 2. cap. 9. Burch. lib. 1. cap. 15. Ivo lib. 3. tit. 2. cap. 10. Grat. Dist. 66. c. 2. Anicet. epist. 1. Burch. lib. 1. cap. 28. b Anaclet. epist. 3. Anselm. lib. 1. cap. 66. Ivo lib. 4. tit. 1. cap. 4. Grat. Dist. 22. cap. 2. c Anaclet. Anf. Ivo. Grat. ubi supra. Hieronym. ad Evagr. Grat. Dist. 93. c. 24. Leo ep. 79. Grat. caus. 24. q. 1. c. 16. d Gelaf. Grat. Dist. 22. cap. 5. e Synod. Constantinop. l. c. 5. Grat. Dist. 22. cap. 3. Chalced. cap. 28. Trull. c. 36. Grat. Dist. 22. cap. 6. f Vidend. Nicol. ad Imp. Mich. & Leo IX. ad Mich. Patriarch. cap. 29. g Anaclet. epist. 2. cap. 4. Anselm. lib. 6. cap. 106. Grat. Dist. 99. cap. 1. h Steph. epist. 2. Anselm. lib. 6. cap. 118. Grat. Dist. 80. cap. 1. Clem. epist. 1. Burch. lib. 1. cap. 155. Anselm. lib. 6. cap. 103. Grat. ead. Dist. cap. 2. i Hieronym. in cap. 1. ep. ad Tit. Anselm. lib. 7. cap. 127. Grat. Dist. 95. cap. 5. Idem Hieron. ad Rustic. Anselm. lib. 7. cap. 128. Grat. ead. Dist. cap. 6. k Hieron. ad Evagr. Anselm. lib. 7. cap. 87. Grat. Dist. 93. cap. 24. l Anaclet. epist. 2. Anselm. lib. 6. cap. 106. Ivo lib. 4. tit. 3. cap. 1. Grat. Dist. 99. cap. 1. m Trull. c. 36. Grat. D. 22. cap. 6. VIII. Synod. cap. 21. Grat. eod. cap. 7. Innoc. III. in concil. gen. c. 5. Decret. lib. 5. tit. 33. cap. 23. Bened. XI. Extrav. comm. lib. 1. tit. 3. cap. 3. Eugen. IV. in concil. Florent. Justinian. Novell. 123. cap. 3. Phot. tit. 1. cap. 5. Anselm. tit. 1. cap. 5. Arnif. tit. 1. cap. 2. n Anaclet. ep. 3. Anselm. lib. 1. cap. 66. Ivo lib. 4. tit. 1. cap. 4. Grat. Dist. 22. cap. 2. o Anaclet. Anfelm. Ivo. Grat. ubi supra. Hieron. ad Evagr. Grat. Dist. 93. cap. 24. Leo ep. 79. Grat. caus. 14. q. 1. cap. 16. p Nicæn. cap. 6. Grat. Dist. 65. cap. 6. concil. CP. I. Grat. caus. 9. q. 2. cap. 8. q Bened. XI. Extrav. comm. lib. 1. tit. 3. cap. 3. r Nicæn. cap. 6. Grat. Dist. 65. cap. 6. Constantinopol. I. Grat. caus. 9. q. 2. cap. 8. Ephesin. cap. 8. s Anaclet. ep. 3. Anselm. lib. 1. cap. 66. Ivo lib. 4. tit. 1. cap. 4. Grat. Dist. 22. c. 2. t Anaclet. ep. 2. u Luc. act. 11. Anaclet. ep. 3. Anselm. Ivo. Grat. ubi supra. Greg. lib. 6. ep. 36. x Marcell. ep. 1. Anselm. lib. 1. cap. 15. Grat. caus. 24. q. 1. cap. 15. Anter. Burch. lib. 1. cap. 77. Ivo lib. 3. tit. 6. cap. 1. Græc. caus. 7. q. 1. c. 34. y Anaclet. ead. ep. 3. & ceteri. z Euseb. Hieron. in Chron. & Hist. eccl. & vitis. aa Constantinop. I. Gr. caus. 9. q. 2. c. 8. bb Marcell. ep. 1. Anselm. lib. 1. cap. 15. Gr. caus. 24. q. 1. cap. 15. cc Anaclet. d. ep. 3. Leo IX. ad Patriarch. Antioch. dd Trull. cap. 36. Gr. Dist. 22. cap. 6. VIII. Synod. cap. 21. Grat. ead. Dist. cap. 7. Innoc. III. in concil. gen. Decretal. lib. 5. tit. 33. cap. 23. Bened. XI. Extrav. comm. lib. 1. tit. 3. cap. 3. Eugen. IV. in concil. Florent. Justinian. Novell. 123. ee Bened. XI. Extrav. comm. lib. 1. tit. 3. c. 3. ff Anaclet. ep. 2. c. 9. Burch. lib. 1. cap. 15. Ivo lib. 3. tit. 2. cap. 10. Grat. Dist. 66. cap. 2. Trull. cap. 32. Grat. de consecr. Dist. 1. cap. 47. gg Trull. cap. 32. Grat. de consecr. Dist. 1. cap. 47. hh Cyprian. lib. 2. ep. 2. Grat. de consecr. Dist. 2. cap. 3. Julius. Grat. ead. Dist. cap. 7. Euseb. Emisf. Grat. ead. Dist. cap. 35. ii Anaclet. ep. 2. c. 9. Burch. Ivo. Grat. ubi supra. Anicet. ep. 1. Burch. lib. 1. c. 28. kk Nicæn. c. 7. Grat. Dist. 65. c. 7. ll Trull. cap. 36. Grat. Dist. 22. c. 6. VIII. Synod. cap. 21. Grat. ead. Dist. cap. 7. Innoc. in concil. gen. Decretal. lib. 5. tit. 33. cap. 23. mm Constantinopol. Synod. c. 3. vel 5. Grat. Dist. 22. cap. 3. Chalced. cap. 28. nn Honor. & Theod. Cod. lib. 11. tit. 20. l. unic. lib. 1. tit. 2. l. 6. Justin. Novell. 131.

ea secundum locum obtinere passi sunt, & ut antea significavimus a Græcis jam inde a secundo Generali Concilio id permissum esse dicitur, confirmatumque quarto, sexto, & octavo (a). Latini aduterinis regulis eos uti affirmant (b), is tamen locus non negatur, vel ex illo Generali Concilio Innocentii Tertii, quod Græcis incognitum est (c). In tantam autem superbiam illa Principum vera & qualiacumque Pontificum privilegia inanes Græcorum animos erexerunt, ut non dubitaverint se deinceps Œcumenicos sive universales Patriarchas appellare invitis plane & repugnantibus Romanis, quibus id nomen delatum a Chalcedonensi Concilio fuerat, ab eisque modeste rejectum (d), ut paulo ante retulimus. Majores contentiones sæpe ortæ ex auctoritate Romani Pontificis sedatæ novis quæstionibus locum fecerunt. Ita res deducta est ut sæpe eos hostes Religionis appellaremus. Divina tandem ultione in servitutem miseram pervenerunt (e). Habuerunt tamen præstantes pietate viros qui laudantur ab omnibus, quorum superiori loco fecimus mentionem. Inferiores Episcopos quamplurimos. Hos quinque Patriarchas supra omnes Pontifices veteres constituerunt: eosque sacrosanctos fecere, ut a nemine unquam lædi possent (f). Omnes Principes locum atque auctoritatem Romano deferunt (g) cum de origine atque constitutione Patriarcharum dictum sit, de comitiis quoque & de potestate, ac cæteris quæ ad eas personas pertinent, videamus. Comitiam Romani Patriarchæ antea retulimus. Ceterorum non dissimilis electio fuit atque omnium Episcoporum, ut cum Sacerdotes suffragio tulissent, plebs & princeps consentirent. Qua de re infra de Episcopo pluribus agemus. Sed & Cardinales Presbyteros & Diaconos in Ecclesia Constantinopolitana extitisse, ex quibus Patriarcha eligi solet, indicat Joannes Octavus in Epistola ad Basilium, Leonem, & Alexandrum Imperatores (h). Extat altera Innocentii Tertii (i) qualis inter electum, & postulatam ad eandem sedem dirimenda mandatur. Quid vero inter electum, & postulatam interfit, ne id adolescentes juris studiosos moveat, paucis dicemus. Eligitur is qui dignus est nulloque impedimento legitimo prohibetur confirmari. Postulatur qui dignus est, tamen impedimentum aliquod tolli antea necesse est, quam eam dignitatem conse-

qui possit (k): ut si alterius sedis Pontifex postuletur in hanc, quæ Pastore careat transferri. Cum hic igitur esset legitimus Patriarchas constituendi modus, soliti erant ita constituti ceteros Patriarchas quamprimum admonere, certioresque facere se Primates constitutos esse, & simul quam Religionis formam profiterentur adscribere. Extant hujus rei exempla in Epistolis & vita Gregorii (l), item Leonis Noni (m). Sed cum in Barbarorum, impiorumque potestate quatuor hæc sedes venissent: Benedicto Undecimo visum est (n) tollere eligendi consuetudinem, cum neque qui eligerent, neque qui eligerentur facile reperiri possent recte de Religione sentientes. Itaque se adiri voluit, a sedeque peti, cum operæ pretium esset Pontificem constitui. Illis etiam regulis [o] quæ a singulis Pontificibus Maximis constituuntur, non minus Patriarcharum, & Primatum, quam ceterarum sedium Præfectorum constituendorum jus ad solum Romanum Pontificem spectare decernitur. Eoque jure utimur. Potestas horum non dissimilis est Pontificis Maximi potestati, nisi quod hi ea intra terminos a majoribus constitutos utuntur: ille & intra terminos sui Patriarchatus & in ceteris locis Orbis terrarum. Itaque postquam Pallium a Romano Pontifice receperunt, quod plenitudinis Officii Pontificalis insigne est, quod non antea recipiant, quam se Sacramento adstrinxerint maximo Pontifici, per multa facere possunt ab Innocentio [p] enumerata in Concilio Generali. Nam & recepto Sacramento simili Patriarchæ pro se & Romana Ecclesia, Pallium Metropolitanis suis date potest: & Crucis vexillum licet ante eum deferri, nisi intra Urbem Romam vel ubi Pontifex Maximus fuerit, vel ejus Legatus, qui insignibus Apostolicis utatur. Appellationes quoque audit suorum omnium subditorum (q) nisi Romanum Pontificem appellaverint (r). Sed & si quis contra Provinciæ suæ Metropolitanum Episcopum habeat controversiam, aut eundem suspectum dicat, Primates adit, & apud eos experitur [s]. Habent etiam Judicis dandi licentiam [t]. Denique Stephanus ad Patriarchas & Primates pertinere scribit (u) Episcoporum negotia & majores causas sine Romanæ sedis præjudicio. Idem Clemens a Petro constitutum esse testatur (x). Et Leo Nonus Episcopos examinari permittit. Sed diffinitivam sententiam

a Constantinopolit. & Chalcedon. ubi supra. Trull. cap. 36. Grat. Dist. 22. cap. 6. VIII. Synod. cap. 21. Grat. ead. Dist. cap. 7. Phot. lib. 1. tit. 1. cap. 2. Matth. Blást. II. b Bened. XI. Extravag. commu. lib. 1. tit. 3. cap. 3. Eugen. IV. in Concil. Florent. Leo IX. ad Michael. & Leon. c Innoc. III. in concil. gen. cap. 5. Decretal. lib. 5. tit. 33. cap. 23. d Pelag. II. ep. 1. Anselm. lib. 6. cap. 130. Grat. Dist. 99. cap. 4. Gregor. lib. 7. ep. 30. Anselm. lib. 6. cap. 124. Grat. ead. Dist. cap. 5. Idem Gregor. lib. 4. ep. 32, 34, 36, 38. & lib. 7. epist. 69. Leo IX. ad Mich. CP. Patriarch. e Bened. XI. ubi supra. f VIII. Synod. cap. 21. Grat. Dist. 22. cap. 7. Nicæn. cap. 6. Grat. Dist. 65. cap. 6. & 7. g Nicol. ad Mich. Grat. Dist. 22. cap. 1. Gregor. lib. 7. ep. 53. Grat. Dist. 22. cap. 4. Gelas. Grat. ead. Dist. cap. 5. Bened. XI. extrav. comm. lib. 1. tit. 3. cap. 3. Marcell. epist. 1. Anselm. lib. 1. cap. 15. Grat. caus. 24. q. 1. cap. 15. h Ivo in prol. 5. 23. i Decretal. lib. 1. tit. 6. cap. 40. k Decretal. lib. 1. tit. 5. cap. 6. l Gregor. lib. 1. epist. 24. ad quatuor Patriarch. Tharac. Patriarch. CP. lit. ad Episcop. Orient. VII. Synod. Act. 3. in princ. m Leo IX. ad Petrum Antioch. n Extravag. commun. lib. 1. tit. 3. cap. 3. o Regulæ Cancell. 1. p Innoc. III. in concil. gen. cap. 5. Decr. lib. 5. tit. 33. cap. 23. q Victor ep. 1. Ivo lib. 4. tit. 12. cap. 2. Panorm. Grat. caus. 2. q. 6. cap. 7. Sixt. II. ep. 1. Grat. ead. q. cap. 15. Jul. ep. 2. cap. 4. Milevit. 224. Grat. ead. q. cap. 34. 35. Nicol. Ivo lib. 4. tit. 4. cap. 3. Panorm. Grat. caus. 9. q. 3. cap. 8. Innoc. III. Decretal. lib. 1. tit. 31. cap. 9. & in concil. gen. cap. 5. Decr. lib. 5. tit. 33. cap. 3. Chalced. cap. 17. Anacl. ep. 2. Anselm. lib. 6. cap. 106. Ivo lib. 4. tit. 3. cap. 1. Grat. Dist. 99. cap. 1. Bonifac. Burch. lib. 1. cap. 57. Ivo lib. 4. tit. 2. cap. 10. Grat. caus. 6. q. 4. cap. 3. Anicet. Burch. lib. 1. cap. 63. Ivo lib. 4. tit. 4. cap. 1. Grat. caus. 9. q. 3. cap. 6. r Innoc. III. in concil. gen. 5. Decr. lib. 5. tit. 33. cap. 23. s Chalced. cap. 9. Grat. caus. 11. q. 1. cap. 46. Anicet. Burch. lib. 1. cap. 63. Jul. ep. 2. ad Oriental. Burch. lib. 1. cap. 144. Carthag. III. cap. 7. Burch. lib. 1. cap. 160. Ivo lib. 4. tit. 10. cap. 2. t African. cap. 88. Burch. lib. 1. cap. 68. Ivo lib. 1. tit. 2. cap. 3. Jul. contr. Oriental. cap. 34. Ivo lib. 4. tit. 11. cap. 2. Grat. caus. 11. q. 1. cap. 4. Hispal. cap. 4. Burch. lib. 1. cap. 145. u Stephan. ep. 2. Grat. Dist. 80. cap. 1. Anselm. lib. 6. cap. 109. x Clem. ep. 1. Burch. lib. 1. cap. 255. Anselm. lib. 6. cap. 113. Grat. Dist. 80. cap. 2. Add. Ivo lib. 4. tit. 3. cap. 1. ex Anacl. ep. 2.

tiam in eos sine Pontificis Maximi consultatione perferri & Episcopos damnari, vel deponi, atque Universale Concilium celebrari eo inscio vetat (a). De maximis præterea causis & difficillimis, ut antea dictum est, Pontificem Maximum solum definire posse, & judicare sanxit. Provinciale Concilium ei convocare permittitur (b), ad quod omnes subditi Archiepiscopi & Episcopi conveniant, ubi is arbitrat, & quo tempore arbitrat oportere. Neque ceteris Archiepiscopis licet ad Concilium Provinciale convocare (c) eo nolente, vel inscio. Consecrat item Episcopos suos, & aliis consecrandi licentiã præbet (d), circumvenire universas provincias sibi subiectas potest, & animadvertere atque notare quid singulæ vel personæ, vel Ecclesiæ emendatione digna commiserint, si Innocentii Quarti, & Benedicti Duodecimi constitutiones salvæ sint (e). Hanc visitationem Pontifices appellant de qua infra conscribemus. Illud etiam quatuor Patriarchis concessum est, ut si Provinciale Concilium indignis sacerdotia concedentes beneficiis conferendis abstinere jubeat; remitti, & restitui a Patriarcha possint ex Innocentii & Concilii Generalis sententia (f). Ab eodem tamen Innocentio (g) Antiochenus Patriarcha objurgatur, & ab Episcoporum confirmatione suspenditur. Quod electum & confirmatum Archiepiscopum non consecratum tamen ad Episcopalem sedem transfulerit. Translationes enim, inquit, Episcoporum & Sedium mutationes ad summæ Apostolicæ sedis institutionem de jure pertinent. Africani vero Episcopo Carthaginiensi concessere (h), ut posset cuicumque ipsorum subditum Ecclesiæ præficere, cui commodum esset. Regula tamen illa est Primates vel Patriarchas nihil amplius habere quam quantum Sacri Canones, vel prisca consuetudo, vel Apostolica privilegia concedunt in res & personas Pontificibus suis subiectas (i). Maximus autem honos habendus est tum in Conciliis, tum in Imperatoris præsentia Patriarchis. Extatque Pontificis Maximi Decretalis Epistola (k) ad Græcorum Imperatorem, qui jure reprehenditur quod Patriarcham suum ad pedes sedere juberet. Hæc quæ de comitiis, & potestate quatuor Patriarcharum dicta sunt, ad omnes Primates porrigenda esse censemus. Est enim vix nominis inter eos differentia, ut antea scripsimus, sed non ita celebres sunt atque illi. In his Grandensis novæ Aquilejæ Patriarcha constituendus, de quo extat Leonis Noni ad Vene-

tia & Istriæ Episcopos Epistola. Ex ea apparet eos Episcopos eidem subiecti. Forojvitensem autem Antistitem ex constitutionibus Gregorii Secundi & Tertii finibus Longobardorum contineri. Sed & ab aliis Pontificibus eidem Patriarchæ honos habetur (l). Justiniana etiam prima Illyrici habet jam inde a Vigilio privilegia, ut Sedis Apostolicæ vices, & jura habeat [m]: quæ Justiniani Augusti natale solum fuit. Hujus jurisdictioni subjacent Episcopi Daciæ Mediterraneæ, Daciæ Ripensis, Prævalitanæ, Dardaniæ, Myssiæ superioris, & Pannoniæ. Africanæ Maximus Carthaginiensis Episcopus fuit. Primates autem in eadem provincia dicebantur, ut Leo utriusque rei auctor est (n), qui antiquiores ceteris in singulis Africæ provinciis erant. De his illa intelligenda esse censet, quæ falso putant nonnulli de Romano Pontifice intelligi oportere (o). Primæ sedis Episcopus non appellatur Princeps Sacerdotum, vel Summus Sacerdos, vel aliquid hujusmodi, sed tantum primæ sedis Episcopus. Sed & id nomen Primatibus convenire, ut primæ sedis Episcopi omnes appellari possint, ex Aniceti verbis apparet (p). Nulli, inquit, Archiepiscopi Primates vocantur, nisi illi qui primas sedes tenent, quarum Episcopos Apostoli vel eorum successores Patriarchas vel Primates esse constituerunt, nisi aliqua gens deinceps ad Fidem convertatur, cui necesse sit præ multitudine Primatem constitui. Sunt qui putent Hispaniæ Primatem ex Concilio Toletano Duodecimo (q) constitutum ipsum Toletanum Antistitem, quod verbis Concilii repugnat. Nomen tamen titulumque obtinet. Idem nomen in Lusitania Bracharensis usurpat, in Britannia Cantuariensis, de quibus nihil certi reperi. De Bituricensi Patriarchatu in Gallia sub quo Narbonensis Archiepiscopus constituitur ex Nicolai Epistola [r] cognovimus. De Pisano Archiepiscopo, sub quo plerique Corsicæ & Sardinia Antistites, extat Innocentii Tertii [s] privilegium. Hæc sunt, quæ de Patriarchis atque Primatibus, eorumque origine, institutione, historia, comitiis, potestate dicenda esse censuimus. Cetera quæ sunt cum Archiepiscoporum, atque minorum Pontificum personis communia deinceps dicemus. Finis ille, quem diximus, obitus, abdicationis, vel damnationis, quæ eodem loco requirenda sunt.

Metropoli non urbium mensuram, vel modum (t), sed Matrem aliarum urbium, & principem significat (u). Ejusque urbis Pontifex Metropoli-

C 2

ta-

a Leo IX. ad Episc. Afr. Vide tamen Chalced. act. 15. Nicol. ad Mich. Grat. caus. 3. q. 5. cap. 15. Zephyrin. Burch. lib. 1. cap. 154. Ivo lib. 4. tit. 12. cap. 10. 11. Felix. Burch. lib. 1. cap. 157. Grat. caus. 2. q. 1. cap. 5.

b Afric. cap. 62. Burch. lib. 1. cap. 53. Crescon. cap. 268. Milevit. cap. 9. Carthag. III. cap. 2. Carthag. V. cap. 7. Grat. de consecr. Dist. 3. cap. 24. Leo IX. ad episc. Afric. c Leo IX. ubi supra. d Carthagin. II. cap. 12. Grat. Dist. 65. cap. 5. Leo IX. ubi supra. Clem. V. lib. 1. tit. 3. cap. 5. Chalced. cap. 28. e Innoc. IV. in 6. lib. 3. tit. 20. cap. 1. Greg. X. in concil. Lugd. cap. 2. eod. Bened. XI. extrav. comm. lib. 3. tit. 10. cap. 1.

f Innoc. III. in concil. gen. c. 30. Decretal. lib. 3. tit. 5. c. 29. g Idem Antioch. Patriarchæ, Decr. lib. 1. tit. 7. c. 1. h Carthag. III. cap. 45. i Innoc. III. Decr. lib. 1. tit. 31. cap. 9. Callixt. ep. 2. Burch. lib. 1. cap. 60. Ivo lib. 4. tit. 4. cap. 2. Grat. caus. 9. q. 3. cap. 7. Nicol. Ivo lib. 4. tit. 4. cap. 3. Grat. ead. q. cap. 8.

k Innoc. III. Decr. lib. 1. tit. 33. cap. 6. l Greg. IX. Decr. lib. 1. tit. 33. cap. 13. Urban. II. Ivo lib. 3. tit. 8. cap. 20. Grat. Dist. 32. cap. 11. Innoc. III. Decr. lib. 1. tit. 29. cap. 29. m Greg. lib. 4. ep. 15. Grat. Dist. 100. c. 10. Leo. Anselm. lib. 1. cap. 28. Burch. lib. 1. cap. 43. Ivo lib. 4. tit. 2. cap. 1. Grat. Dist. 28. cap. 2. & Dist. 65. cap. 4. Idem Greg. lib. 2. ep. 7. Grat. caus. 16. q. 1. cap. 52. Trullan. 39. Justin. Nov. 11. & 131. cap. 3.

n Leo IX. ad episc. Afric. duab. epistol. o Carthagin. III. cap. 26. African. cap. 39. Græc. Burch. lib. 1. cap. 3. Grat. Dist. 99. cap. 3. Crescon. cap. 253. Matth. Blait. II. p Anicet. Ivo lib. 4. tit. 4. cap. 1. Grat. Dist. 99. cap. 2. Adde Hispal. cap. 9. Burch. lib. 1. cap. 146. Felix II. Burch. lib. 1. cap. 163. q Tolet. XII. c. 6. Grat. Dist. 63. c. 25.

r Nicol. Rodolph. Ivo lib. 4. tit. 4. cap. 3. Grat. caus. 9. q. 3. cap. 8. s Innoc. III. lib. 1. epist. 49. t Isid. lib. 7. etymol. cap. 12. de eccles. offic. lib. 1. cap. 2. Grat. Dist. 21. cap. 1. u Theodof. & Valentin. lib. XI. Cod. tit. 21. l. 1. Clem. epist. 1. Burch. lib. 1. cap. 115. Anselm. lib. 6. cap. 105. Grat. Dist. 80. cap. 2. Leo IX. ad Petr. & Joann. episcop. Afric.

tanus & Archiepiscopus dicitur, sub quo minores Pontifices inferiorum urbium ejusdem provinciae constituantur. Nihil autem interest quis numerus urbium sit, sed cui ipse urbi praesit. Quamquam Pelagius Secundus provinciam esse dixerit (a), quae decem undecimve civitates & unum Regem, ac totidem minores potestates sub se, & unum Episcopum ac alios suffragatores decem undecimve Episcopos Judices omnium causarum Episcoporum & Sacerdotum habeat. Sed Leo Nonus (b) tribus quatuorve urbibus contentos est. Significare autem idem Pontifex videtur, inter Archiepiscopum & Metropolitanum hoc interesse, quod ille neminem in Provincia se majorem Pontificem habet; hic sive habeat, sive non habeat ita appellatur, si Matri provinciae praesit. Verba Leonis infra scripsimus, ubi & Archiflamines erant Paganorum, Archiepiscopi instituti sunt Christianorum, qui singulis praesent. Ubi vero Metropolis erat, quae interpretatur mater Civitas, Metropolitanus erant, quippe qui de tribus, aut quatuor civitatibus intra aliquam Provinciam, majori & matri aliarum civitatum praesidebant. Isti aliquando Metropolitanus tantum nominantur; aliquando vero Archiepiscopi, si in ipsa Provincia majores non fuerint aliqui. Ipsa quoque utriusque nominis origo cum Leone facit (c). Sic etiam jure Pontificem Maximum, ac ceteros Patriarchas Archiepiscopos Metropolitanasque dicimus, quod Pontificis jus maximum habent in primis urbibus, atque Provinciis quibus praesunt (d). Sed haec differentia usu recepta non est eisdemque verbis abutimur. Institutionis origo eadem, quae Patriarcharum, & minorum Pontificum, tum a Christo cum duodecim Apostolos & duos & septuaginta Discipulos a ceteris segregavit (e), tum etiam ab Apostolis Petro praesertim & successoribus, qui sedes administrationesque distinxerunt (f). Eligendi ratio eadem quae ceterorum Episcoporum. Consecrationi autem sive ordinationi additum, quod Anicetus scribit (g) Archiepiscopus ab omnibus suae Provinciae Episcopis ordinetur. Leo vero totis comitiis eos praesere vult. Ita enim scribit (h) Metropolitanus defuncto cum in loco ejus aliquis fuerit subrogandus, Provinciales Episcopi ad Civitatem Metropolim convenire debent, ut omnium Clericorum atque civium

voluntate discussa ex Presbyteris ejusdem Ecclesiae, vel Diaconus optimus ordinetur. Primatis quoque vel Patriarchae consensus accedat oportet, sine quo nemo consecrari potest (i). Pallium intra tres menses a Romana (k) sede petere debet [l]. Postquam fuerit consecratus [m] Religionis formulam edere Sacramentoque (n) se Pontifici Maximo & Ecclesiae addicere (o). Antequam Pallium suscipiat, non debet quis se Archiepiscopum appellare, in quo Pontificalis Officii plenitudo, ut Innocentius testatur (p), cum Archiepiscopi nomine confertur. Concilium antea convocare, chrisma conficere, basilicas dedicare, ordinare clericos, consecrare Episcopos non potest [q]. Potest tamen consecrandi licentiam suis Episcopis praestare (r). Pro Pallio pecuniam, aut pecuniarum loco quicquam extorqueri nefas est (s). Sed quando tam multa de Pallio dicimus, operae praetium est, quid ipsum nomen significet aperire, quis usus, quaeve ejus descriptio sit. Neque enim hoc loco Pallium quancumque vestem significat, sive ea stragula sit, sive corporis tegendi causa vestimentum, quo Graeci prius, Romani postea intra urbem usi sunt (t). Lati autem saguli ex lana confecti genus est, quo humeri induuntur. Habet aliquam torquis speciem, item lati clavis hoc Senatorum insigne fuit, ille militaris species. Utroque humeri exornabantur. Ex Beati Petri corpore adsumi dicitur (u), propterea quod ex ejus sepulchri ara tradatur. Usus is est ut intra Ecclesiam quancumque suae Provinciae ad Missarum solemae ritus statis quibusdam diebus uti possit [x]. Extra Ecclesiam uti nemo praeter Romanum Pontificem potest (y) quamvis ceteris sacris vestibus indutus dum proceditur exire quisque possit (z). Intra alienam Ecclesiam utendi Pallio jus non est. Sed ex Privilegio Apostolico nonnumquam conceditur (aa). Et licet Matisconensi concilio constitutum fuerit (bb) ut Archiepiscopus sine Pallio missas dicere non praesumat, tamen Honorii Tertii rescriptum (cc) tam in sua quam aliena dioecesi sine pallio, & sandalis, genus id calceamentorum est, celebrare omnes permittit. Singulorum autem Pontificum majorum insigne est, quod ad successores non transit; eoque nec ipse qui ad aliam sedem translatus utitur (dd), defuncto Antistite cum pallio cadaver sepelitur (ee).

Dum

a Pelag. ep. 1. Anselm. lib. 6. cap. 107. Ivo lib. 4. tit. 3. cap. 2. Grat. caus. 6. q. 3. cap. 2.  
 b Leo IX. ubi supra. c Idem ubi supra. d Anicet. Grat. Dist. 99. cap. 2.  
 e Clem. ep. Burch. lib. 1. cap. 127. Ivo lib. 3. tit. 7. cap. 8. Grat. in prol. Dist. 21. Anacl. ep. 3. Burch. lib. 1. cap. 4.  
 f Nicol. ab Michael. Grat. Dist. 22. cap. 1. Clem. epist. 1. Burch. lib. 1. cap. 151. Anselm. lib. 6. cap. 105. Grat. Dist. 80. cap. 2. Anacl. ep. 2. Ivo lib. 4. tit. 3. cap. 1. & lib. 4. tit. 4. cap. 1. Panorm. Grat. Dist. 99. cap. 1. & 2.  
 g Anicet. ep. 1. Burch. lib. 1. cap. 28. Anselm. lib. 6. cap. 34. Ivo lib. 3. tit. 2. cap. 3. Grat. Dist. 66. cap. 1. Decretal. lib. 1. tit. 11. cap. 6. Adde Gelaf. Grat. Dist. 64. cap. 6. h Leo ep. 82. cap. 6. Grat. Dist. 63. cap. 19.  
 i Chalced. graec. cap. 28. Carthagin. II. can. 12. Grat. Dist. 65. cap. 5. Clem. lib. 1. tit. 3. cap. 5. Leo IX. ad episcop. Afric. k Pelag. Burch. lib. 1. cap. 25. Anselm. lib. 6. cap. 92. Ivo lib. 3. tit. 2. cap. 4. Panorm. Grat. Dist. 100. c. 1. Greg. lib. 7. epist. 5. Anselm. lib. 6. cap. 93. Grat. ead. Dist. cap. 2. l Pelag. Burch. Anselm. Ivo. Grat. ubi supra. Anselm. lib. 6. cap. 92. Grat. Dist. 100. cap. 4. Greg. lib. 7. ep. 3. Anselm. lib. 6. cap. 90. Grat. ead. Dist. cap. 5.  
 m Paschal. Decr. lib. 1. tit. 6. cap. 4. n Innoc. III. Decretal. lib. 1. tit. 8. cap. 3. o Paschal. Decretal. lib. 1. tit. 6. cap. 4. Innoc. III. eod. cap. 28. p Alexand. III. Decretal. lib. 1. tit. 6. cap. 11.  
 q Gregor. in synod. lib. 4. Regest. cap. 88. seu ep. 44. Anselm. lib. 6. cap. 83. Grat. caus. 1. q. 2. cap. 3. & 4. Decr. lib. 5. tit. 3. cap. 1. Idem Greg. lib. 4. ep. 55. seu cap. 99. Anselm. lib. 6. cap. 82. Grat. Dist. 100. cap. 3.  
 r Tertull. lib. de Pallio. Isid. lib. 19. etymol. cap. 24. & 25. s Urban. II. ad Bernard. Archiep. Tolet. Paschal. ad Archiepisc. Panorm. Decr. lib. 1. tit. 6. cap. 4. t Greg. lib. 4. Regest. ep. 51. seu cap. 95. & lib. 2. ep. 54. seu c. 93. Anselm. lib. 6. cap. 87. 95. & 98. Grat. Dist. 100. cap. 6. 7. 8. Honor. III. Decr. lib. 1. tit. 8. cap. 7.  
 u Innoc. III. Decr. lib. 1. tit. 8. cap. 4. x Clem. III. Decretal. lib. 1. tit. 8. cap. 9. Honor. & Greg. apud Burch. lib. 1. cap. 201. y Innoc. III. Decr. lib. 1. tit. 8. cap. 5. & 6. z Matiscon. cap. 6.  
 aa Greg. IX. Decretal. lib. 1. tit. 8. c. 7. bb Innoc. III. Decr. lib. 1. tit. 5. cap. 4. in fin.  
 cc Caest. III. Decr. lib. 1. tit. 8. c. 2. dd Caest. ubi supra. ee Joann. XXII. Extrav. comm. lib. 1. tit. 4. c. 1.

Dum vivit, Pallium nulli commodat, neque alieno Pallio quisquam utitur (a). Nulla criminum vel notarum objectione, nisi intra duos menses probentur, impediri potest, quominus a Pontifice Maximo eo insigni donetur (b), cum Pallio privilegia aliorum Pontificum confirmari ampliarique solent (c). Quæ omnia e Pontificis Maximi benevolentia pendent. Usus denique Pallii interdicere non levis coercitio ejusdem est (d). Quod vero diximus Pallium a Romano Pontifice petendum esse (e), id in illis Archiepiscopis, qui alteri Patriarchæ subiciuntur, locum non habet. Datur enim Patriarchis Pallium, ut antea dictum est, & potestas simile Pallium suis Metropolitanis dandi, sacramento videlicet utrique sedi præstito [f]. Nunc videamus quæ sit Archiepiscopi potestas, quod ejus officium, & administratio; in quibus Episcopi officio fungitur. Illa tamen omittemus quæ mox dicentur. Principio Provinciale Concilium suorum Episcoporum convocare potest & debet (g), ut priori libro scripsimus, si Primas vel Patriarcha consentiat, vel quod magis arbitror, non repugnet (h). Cetera, quæ ad ea Concilia pertinent, eodem libro scripsimus. Episcoporum suorum electionem confirmat, & Patriarcha permittente consecrat eosdem, vel consecrandi potestatem tribus Episcopis mandat (i). Nihil Episcopos sine Metropolitanis, nihil hunc sine illis agere debere, exceptis iis, quæ ad singulorum Parochias pertinent, vetera jura sanxerunt. Animadvertere licet non facile soli Archiepiscopo litis aut causæ judicium permitti; sed eidem & Concilio Provinciali plerumque omnes (k). Appellationum tamen causas eidem solis competere receptum est [l]. Quas vel ipsi audire (m) vel aliis delegare possunt (n). Id autem fieri solet huic muneris iudice constituto, quem Officiale vel Vicarium appellant. Huic Judici interdictum est ut Episcopum sacris arceat, si Archiepiscopus in eadem Provincia sit, qui adiri possit. Cetera quæ ad Judicia, jurisdictionemque pertinent, quarto Libro cognosces. Illud etiam ad Archiepiscopum pertinet,

ut cum sedes Pontificia caret in ea urbe, quæ intra suam provinciam sit, & maximum Sacerdotum Collegium, quod Cathedralis Ecclesiæ Capitulum appellatur, cui ea cura a jure committitur (o), aut negligens, aut iniquus administrator sit; Metropolitanus Visitatorem vel Administratorem constituat, cui beneficia tantum conferre, quæ solus Episcopus confert, interdicitur (p). Similis tamen Visitator a Pontifice Maximo constitutus ea beneficia confert ex Bonifacii constitutione. Sed quando visitatoris mentio facta est, visitare hoc est circumire provinciam, singula sacra templa, vasa, personas, sacerdotia, jura denique perquirentem, & circumspicientem Archiepiscopo licet. Constituta forma est ab Innocentio Quarto (q) Archiepiscopo totam provinciam circumire volenti, ut prius Ecclesiæ suæ sacerdotes, civitatem, diocesim, tum suffraganeorum urbes adeat. Suffraganei autem appellantur inferiores Episcopi a suffragio, ut arbitror, quod auxilium, & calculum significat; quasi qui ejus ope indigeant, atque auctoritate. Bis eandem urbem perspicere nisi omnibus peragratis, vel si res urgeat, fas non est. Potest etiam idem Archiepiscopus dum visitat, inquit Bonifacius, confessiones subditorum suffraganeorum audire, ac absolvere confitentes, & ipsis pœnitentias injungere salutares. Sed hodie stabilitur S. C. Trid. sess. 24. c. 3. de reform. mor. Sumptus, qui in hoc officio exercendo fiunt, moderatur Benedicti Duodecimi constitutio (r); quam longum esset referre. His casibus aliisque perpauca Archiepiscopus in res vel personas subditorum minoribus Pontificibus aliquam jurisdictionem exercet. Alioqui vix est ut possit (s) quamvis Episcopo sacris abstinere jussum sit (t) aut ab hostibus captus fuerit, aut mortem obierit (u), nisi magna fuerit Sacerdotum administrantium negligentia (x) ut antea dicebamus. Hæc sunt, quæ ad Archiepiscopum pertinent, neque cum Episcopis communia sunt. Quæ vero ad hujus dignitatis extrema attinent, nihil est a ceteris alienum. Nam & morte & damnatione & abdicatione cui similis translatio est

ex

a Gregor. lib. 7. ep. 112. Anselm. lib. 6. cap. 88. Grat. Dist. 100. cap. 9. Idem Greg. lib. 4. ep. 15. seu cap. 59. Anselm. lib. 6. cap. 91. Grat. ead. Dist. c. 10. Idem Gregor. lib. 5. ep. 7. seu cap. 107. Anselm. l. 6. c. 92. Grat. ead. Dist. c. 11.  
 b Gregor. lib. 2. ep. 16. Grat. Dist. 74. cap. 8. c Pelag. Burch. lib. 1. cap. 25. Anselm. lib. 6. cap. 84. Ivo lib. 3. tit. 2. cap. 4. Grat. Dist. 100. cap. 1. Greg. lib. 1. ep. 5. Anselm. lib. 6. cap. 85. Grat. ead. Dist. cap. 2.  
 d Innoc. III. in concil. gen. cap. 5. Decr. lib. 5. tit. 33. cap. 23. e VII. Synod. cap. 6. Grat. Dist. 18. cap. 7. Innoc. III. in concil. gen. cap. 6. Decr. lib. 5. tit. 1. cap. 25. f Leo IX. ad Episcop. Afric.  
 g Nicæn. cap. 4. Grat. Dist. 64. cap. 1. Innoc. ep. 2. cap. 1. Grat. ead. Dist. cap. 5. Gelaf. Anselm. lib. 6. cap. 64. Grat. ead. Dist. cap. 6. Martin. Brach. cap. 2. Nicæn. cap. 6. Grat. ead. Dist. cap. 7. & 8. Idem Martin. cap. 3. Grat. Dist. 65. cap. 2. Antioch. cap. 19. Grat. ead. Dist. cap. 3. Leo ep. 82. cap. 6. Grat. ead. Dist. cap. 4. Arelat. II. cap. 6. Burch. lib. 1. cap. 20. Innoc. III. Decr. lib. 1. tit. 31. cap. 7. Hilar. Anselm. lib. 6. c. 39. Conc. Tarr. c. 5. Grat. Dist. 65. cap. 8. Anicet. Burch. lib. 1. cap. 28. Ivo lib. 3. tit. 2. cap. 3. Grat. Dist. 64. cap. 4. Decr. lib. 1. tit. 2. cap. 6. Arelat. II. cap. 5. Burch. lib. 1. cap. 27. Ivo lib. 3. tit. 2. cap. 8. Decretal. lib. 1. tit. 2. cap. 7. Innoc. III. Decr. lib. 1. tit. 31. cap. 10.  
 h Apost. can. 34. Antiochen. cap. 9. Martin. Brach. cap. 4. Grat. caus. 9. q. 3. cap. 1. & 2. Higin. ep. 1. Burch. lib. 1. cap. 63. Grat. ead. q. cap. 4. Anicet. ep. 1. Burch. lib. 1. cap. 63. Ivo lib. 4. tit. 4. cap. 1. Grat. caus. 9. q. 3. cap. 5. & 6. Lucius ep. 1. & Callixt. ep. 2. Burch. lib. 1. cap. 66. Ivo lib. 4. tit. 4. cap. 2. Crescon. cap. 30.  
 i Chalced. cap. 9. Grat. caus. 11. q. 1. cap. 46. Antiochen. cap. 14. Martin. Brachar. cap. 13. Burch. lib. 1. cap. 150. Grat. caus. 6. q. 4. cap. 1. & 2. Bonif. Burch. lib. 1. cap. 57. Ivo lib. 4. tit. 2. cap. 10. Grat. ead. q. cap. 3.  
 k Alexand. Burch. lib. 1. cap. 59. Grat. caus. 6. q. 4. cap. 4. Synod. VIII. CP. Sub Hadriano II. cap. 26.  
 l Innoc. III. Decr. lib. 1. tit. 31. cap. 11. Innoc. IV. in Concil. Lugdun. in VI. lib. 1. tit. 16. cap. 1. Bonifac. VIII. in VI. lib. 1. tit. 16. cap. 5. m Bonif. VIII. in VI. lib. 1. tit. 8. c. 3. n Bonif. VIII. in VI. lib. 1. tit. 8. cap. 4.  
 o Innoc. IV. in VI. lib. 3. tit. 20. c. 1. Adde Bonifac. VIII. in VI. eod. cap. 5. p Extrav. comm. lib. 3. tit. 10. c. 1.  
 q Callixt. ep. 2. Burch. lib. 1. cap. 66. Ivo lib. 4. tit. 4. cap. 2. Panorm. Grat. caus. 9. q. 3. cap. 7. Martin. Brachar. cap. 4. Grat. ead. q. cap. 1. Innoc. III. Greg. IX. Decretal. lib. 1. tit. 31. c. 11. r Innoc. IV. in VI. lib. 1. tit. 8. c. 1.  
 s Bonifac. VIII. in VI. lib. 1. tit. 8. cap. 3. t Idem Bonifac. in VI. lib. 1. tit. 8. cap. 3. & 4.  
 u Chalced. cap. 12. Burch. lib. 1. cap. 35. Grat. Dist. 101. cap. 1. Nicol. Grat. Dist. 10. cap. 1. Phot. lib. 1. cap. 20. Matth. Blast. cap. 21. x Ifid. lib. 7. etymol. cap. 12. lib. 2. cap. 1. de eccles. offic. Grat. Dist. 21. cap. 1. Augustin. lib. 19. cap. 19. de Civ. De. Grat. caus. 8. q. 1. cap. 2. Hieronym. ad Evagr. Anselm. lib. 7. cap. 84. Grat. Dist. 93. c. 24.

ex consensu a Pontifice Maximo facta Archiepiscopus esse definit. Sed si fingamus urbem interiisse vel e Metropoli minorem factam esse legibus temporibusve adversis, aut ex una provincia duas Metropoles factas esse, quod Chalcedonensi Concilio vetitum est *a*; tamen ex causa potest Pontificis Maximi decreto fieri *b* minui potius dicam territorium, aut fines tolli, quam Archiepiscopum interire: huic honos semper habebitur, usque eo, ut ex Pontificis Maximi voluntate translatus ad minorem Ecclesiam Metropolitanam nomine appelleretur quamvis nullo jure neque in illa Provincia quã dereliquit, neque in ea in qua est, uti possit. Sed hæc, quæ raro accidunt, & contra regulas juris fiunt, contemnuntur.

De Episcopis multa sunt dicenda. Cum enim hic ordo superiores contineat, ea omnia, quæ omnibus communia sunt, ad hunc locum reservavimus. Multa quoque jure Pontificio constituta sunt, quæ ad Episcopos pertineant, quod illis cura ceterorum committatur; & si recte atque ordine de Episcopis constituantur, totus Christianorum hominum status conservabitur. Episcopos, Archiepiscopos, Pontifices, Antistites dicimus eos Sacerdotes, qui omnibus sacris rebus, ministrisque præsentibus urbis unius, aut plurium. Episcopi *από τῆς ἐπισκοπῆς* dicuntur, quod curam attente gerere, præesse, inspicere, & speculari significat (*b*). Archiepiscopus Sacerdotum Princeps dici potest. Pontifex quod possit facere. Antistes, quod antistet præeundo sacra fiunt, appellatur (*c*). His quatuor nominibus pro eodem utimur. Quorum duo propria græca sunt: posteriora latina. Sed Episcopi & Pontificis nomine magis utimur. Primi Episcopi Apostoli fuerunt a Christo Opt. Max. instituti. Hi enim soli manus imponebant & Spiritum Sanctum invocabant, ut in eos veniret qui baptizati tantum erant (*d*). Quod munus Confirmatio dicitur unum ex septem religionis nostræ Sacramentum (*e*), quod Episcopos a Presbyteris maxime distinguit [*f*]. Ab Apostolis plerique singularum urbium Episcopi constituti sunt, qui &

illorum vices tenent in Ecclesia (*g*) tum ex ipso duodecim virorum collegio, tum ex duobus & septuaginta Christi, tum ex aliis Apostolorum Discipulis (*h*). Sed in ipsis Episcopis nomen Episcopi, & Presbyteri omnibus Sacerdotibus commune fuit, ut Hieronymus scribit (*i*). Mox duplicem esse Sacerdotum ordinem adgnitum est (*k*), nominibusque distinguntur, atque officio, ut & potestate (*l*). Ac licet initio ab Apostolis, postea a Romano Pontifice, ac ceteris Patriarchis Episcopi constituerentur (*m*) eo præsertim tempore cum Christiani odiosi essent omnibus hominibus, aut cum recens in singulis urbibus nata religio esset, paucique Sacerdotes essent: tamen aucto numero Christianorum, & eorum Sacerdotum, e re fuit ipsis singularium urbium sacerdotibus eligendum Pontificem committi (*n*). Ceteris præsertim Christianis hominibus consentientibus, omnibus ejusdem Provinciæ Episcopis secundum Metropolitanam, & Patriarcham auctoritatem præstantibus (*o*). Hæc est electionis quam vocant confirmationis, & consecrationis origo: de quibus singulis cognoscere operæ præmium est. Electio est cum Pontificis comitiis suffragia plurium in eandem personam, quæ digna sit, conveniunt (*p*); inspicendum autem est, qui eligere, qui eligi possint, modusque vel forma electionis. Eligere possunt quibus jure vel consuetudine permittitur est ut eligant. Et quidem vetera jura Clericis ejus urbis, vel ejus Ecclesiæ, de cujus sede agitur (*q*) minus antiqua collegio Canonicorum Cathedralis Ecclesiæ (*r*) electionem Episcoporum permittit. Impubes Canonicus ne vocandus quidem est (*s*). Ceteri qui in provincia fuerunt vocandi sunt, & expectandi (*t*). Qui extra Provinciam sunt nisi consuetudine aliud obtineat, ne admonendi quidem sunt (*u*). Religiosos viros arceri a Concilio electionis sub anathemate interdictum est, irritamque esse electionem Innocentius in Concilio Romano decrevit (*x*). Turbæ & plebi electionem committi prohibetur Laodicensi Concilio. Docendus enim est populus, non sequendus (*y*). Consensum tamen & vo-

lun-

*a* Isidor. ubi supra. *b* Lucæ Act. cap. 8. *c* Eugen. IV. ad Armen. *d* Isidor. lib. 7. Etymol. cap. 12. lib. 2. cap. 1. de eccles. offic. Grat. Dist. 21. cap. 1. *e* Urban. Aug. in psalm. 44. Grat. Dist. 68. cap. 6. Anacl. ep. 3. Burch. lib. 1. cap. 4. Leo IX. ad Episc. African. Grat. Dist. 8. cap. 3. & 4. Anacl. ep. 2. Burch. lib. 1. c. 1. Anselm. lib. 1. c. 1. Ivo lib. 3. tit. 7. cap. 7. Grat. Dist. 21. cap. 2. in fin. Clem. ep. 1. Burch. lib. 1. cap. 27. Ivo lib. 3. tit. 7. cap. 8. Panorm. Damas. ep. 4. Anselm. lib. 6. cap. 115. Grat. Dist. 68. cap. 5. Urban. epist. un. cap. 1. Burch. lib. 3. cap. 3. Grat. caus. 12. q. 1. c. 16. Justinian. Cod. lib. 1. tit. 3. l. 42. *f* Anacl. & Damas. ubi supra. Grat. Dist. 21. c. 2. in fin. & Dist. 68. c. 5. *g* Hieronym. in cap. 1. ep. ad Tit. Anselm. lib. 7. cap. 119. Grat. Dist. 95. cap. 5. Idem Hieronym. ad Rustic. de septem gradib. Eccles. Anselm. lib. 7. cap. 127. Grat. ead. Dist. cap. 6. Idem Hieron. ad Evagr. Grat. Dist. 49. cap. 24. *h* Anacl. ep. 3. Burch. lib. 1. cap. 4. Leo ad Episc. Afric. Grat. Dist. 80. cap. 3. & 4. *i* Concil. Trident. Sess. 23. cap. 4. *k* Epist. 1. ad Timoth. cap. 1. 2. 3. Epist. ad eundem 2. cap. 1. v. 6. Ad Tit. cap. 1. v. 5. Nicol. ad Michael. Imp. Innoc. ep. 18. cap. 5. Gelaf. & LXX. in Synod. post princ. *l* Leo epist. 90. B. lib. 1. cap. 15. Anselm. lib. 6. cap. 68. Grat. Dist. 62. cap. 1. Steph. Anselm. lib. 6. cap. 31. Grat. Dist. 63. cap. 12. *m* Anacl. ep. 2. Burch. lib. 1. c. 11. Gratian. Dist. 64. cap. 2. Nicæn. cap. 4. Grat. ead. Dist. c. 11. Martin. Brach. cap. 3. Grat. Dist. 64. cap. 7. Antiochen. cap. 21. Grat. ead. Dist. cap. 3. Laodicen. cap. 12. Grat. Dist. 61. cap. 5. Chalced. cap. 28. Carthagin. cap. 9. *n* Innoc. III. Decr. lib. 1. tit. 6. cap. 22. & 35. Idem in concil. gen. cap. 24. Decretal. eod. cap. 42. Greg. IX. eod. cap. 55. & 57. *o* Leo ep. 90. Burch. lib. 1. cap. 11. Anselm. lib. 6. cap. 68. Grat. Dist. 62. cap. 1. Synod. VIII. cap. 22. Grat. Dist. 63. cap. 2. Gregor. lib. 2. ep. 30. seu cap. 69. Grat. Dist. 63. cap. 10. Stephan. Anselm. lib. 6. cap. 31. Grat. Dist. 63. cap. 12. Nicol. Grat. ead. Dist. cap. 13. Cælestin. ep. 2. c. 5. Anselm. lib. 6. cap. 22. Grat. ead. Dist. cap. 26. Ex libr. 1. Carol. & Ludov. Grat. ead. Dist. cap. 34. *p* Innoc. II. concil. Rom. Gratian. Dist. 63. cap. 26. Innoc. III. Decretal. lib. 1. tit. 6. cap. 18. & 20. Greg. IX. Decret. lib. 1. tit. 6. cap. 36. *q* Bonifac. VIII. in VI. lib. 1. tit. 6. cap. 32. *r* Innoc. III. Decretal. lib. 1. tit. 6. cap. 28. 34. & 35. *s* Innoc. III. Decr. lib. 1. tit. 6. cap. 8. & 35. *t* Innoc. II. in synod. gen. Grat. Dist. 63. cap. 35. *u* Laodicen. cap. 13. Burch. lib. 2. cap. 8. Anselm. lib. 6. c. 38. Grat. Dist. 63. cap. 6. Martin. Brachar. cap. 1. Burch. lib. 1. cap. 10. Grat. ead. Dist. cap. 8. Adde Sardic. cap. 2. Burch. lib. 1. cap. 19. Anselm. lib. 6. cap. 8. Decretal. Greg. IX. lib. 1. tit. 6. cap. 2. *x* Cælestin. ep. 3. cap. 3. Burch. lib. 15. cap. 13. Grat. Dist. 62. cap. 2. Stephan. Anselm. lib. 6. cap. 3. Grat. Dist. 63. cap. 12. *y* Leo ep. 90. cap. 1. Burch. lib. 1. cap. 11. Anselm. lib. 6. cap. 68. Grat. Dist. 62. cap. 1. Stephan. Anselm. lib. 6. cap. 131. Grat. Dist. 63. cap. 12. Gelaf. Anselm. lib. 6. cap. 44. Grat. Dist. 63. cap. 11. Nicolaus, Grat. ead. Dist. cap. 13. Idem Stephan. ead. Dist. cap. 118. Anselm. lib. 6. cap. 15. Grat. ead. Dist. cap. 19.



luntatem contendere populum placuerat *a*). Nulla ratio finit, inquit Leo, ut inter Episcopos habeantur: qui nec a Clericis sint electi *b*, nec a comprovincialibus Episcopis cū Metropolitanis concilio consecrati ut idem scribit *c*. Nullus datur invitis, & non petentibus Episcopis, nec plebs invita Episcopum non oblatum contemnat, aut odio habeat. Sedes tamen Præsidum, aut Magistratuū, aliorumve magnorum virorum ac potentium auxilio accipi interdicitur *d*. Nullaque consuetudine recipi potest ex Gregoriana *e* constitutione, ut Laicum Canonicis Episcopū eligant. De Regis aut Imperatoris, aut ejus Principis vel Reipublicæ voluntate, cujus ea urbs est, an necessaria sit in his Pontificiis comitiis, dubitandum videtur. At si populi voluntas accedebat, cur Principis, qui & Populo, & Provinciæ præest, contemnatur? Extant denique exempla tum vetera, tum recentia *f* ubi vel ex privilegio Apostolico, vel ex consuetudine, quam optimam esse juris interpretem, optimam dicimus, Principibus vel præstatio, vel nominatio, vel consensus in electionibus concedatur. Sed contra est quod octava Synodus Hadriani tempore constituit *g*. Neminem laicorum Principum, vel Potentum semet inferre electioni, aut cujuslibet Episcopi: ne videlicet inordinata & incongrua hinc fiat electio, contentio, vel confusio, præsertim cum in talibus nullam potestatem, quemquam potestativorum, vel laicorum ceterorū habere conveniat. Sed silere vel attendere sibi usque quo regulariter a collegio Ecclesiæ suscipiat finem electio Pontificis futuri. Quisquis sæcularium principum, vel potentum, vel alterius dignitatis laicus adversus communem consonantem, atque canonicam electionem ecclesiastici ordinis agere tentaverit, anathema sit, donec obediatur, & consentiat, quidquid Ecclesia de electione & ordinatione proprii Præsulis se velle monstra-

verit, & Parisiense Concilium *h* si per ordinationē Regiam, inquit, honoris istius culmen pervadere aliquis nimia temeritate præsumpserit, a comprovincialibus illius loci Episcopis recipi nullatenus mereatur. Sed hæc & aliæ regulæ atque constitutiones *i*, neque privilegia Apostolica, neque Regium consensum post electionem canonicam adhibendum tollunt. Cælestinus quoque tertius ita scribit *k*: Non prohibemus quin Regis, seu Patriarchæ, qui pro tempore fuit, requiratur adensus; sed propter hoc ipsam electionem nolumus impediri. Ex iis apparet neminem laicum in his qui eligunt Pontificem, enumerandum esse: in his vero qui consensum electioni præstant, & populum, & Regem constituendum, & ceteros Magistratus quarumcumque rerum publicarum, ipsaque respublicas Christianorum hominum, recteque de religione sentientes. Nam & illi qui ipsi eligunt, nisi catholici sint, ut Gregorius Mediolanensis rescripsit nihil *l* agunt. Sed & si eis sacris interdictum est, officioque cessare ad tempus, vel in perpetuum iussum est, quam suspensionem appellant, eligere non poterunt *m*. Nunc videamus qui eligi possunt Episcopi. Non dubium est quin eligi possint, quibus non est interdictum quominus Episcopi fiant. Interdicitur autem illis, qui in Tolerano Concilio *n* enumerantur, cujus verba infra hic scripsimus: Qui in aliquo crimine detenti sunt *o*; qui infamiae nota adpersi sunt, qui scelera aliqua per publicam pœnitentiam se admisisse confessi sunt *p*; qui in hæresim lapsi sunt *q*, vel qui in hæresi baptizati sunt; aut rebaptizati esse noscuntur: qui semetipsos abscederunt *r*, aut naturali defectu membrorum, aut decisione aliquid minus habere noscuntur *s*: qui secundæ uxoris conjunctionem sortiti sunt *t*, aut numerosa conjugia frequentaverunt *u*: qui viduam vel a marito relictam duxe-

TUUNT

Capitular. Carol. & Ludov. lib. 1. Grat. ead. D. c. 34. Greg. lib. 7. epist. 49. Burch. lib. 1. cap. 189. Grat. caus. 7. q. 1. cap. 13. Cyprian. Anselm. lib. 6. cap. 67. Toletan. IV. cap. 18. Grat. Dist. 51. cap. 5. Cælestin. ep. 2. cap. 5. Grat. Dist. 63. cap. 26. Burch. lib. 1. cap. 7. Anselm. lib. 6. cap. 21. Ivo lib. 3. tit. 1. cap. 7. Grat. Dist. 61. cap. 13.   
*a* Leo epist. 82. cap. 5. Ivo lib. 3. tit. 1. cap. 6. Grat. Dist. 63. cap. 36.   
*b* Gregor. VII. in concil. Grat. caus. 16. q. 7. c. 12. & 13. Apostol. cap. 30. Grat. ead. q. 7. cap. 14. Synod. VII. Anselm. lib. 6. cap. 5. Gratian. Dist. 63. cap. 7. Synod. VIII. cap. 22. Ivo lib. 3. tit. 2. cap. 1. Grat. Dist. 63. c. 1. & 2.   
*c* Gregor. IX. Decretal. lib. 1. tit. 6. cap. 56.   
*d* Gregor. lib. 4. ep. 15. seu cap. 59. Anselm. lib. 6. cap. 91. Grat. Dist. 63. cap. 9. Leo IV. Grat. ead. Dist. cap. 16. Hist. Eccles. Ivo lib. 8. tit. 10. cap. 1. Grat. ead. Dist. cap. 22. Leo, Ivo ibid. cap. 2. Grat. ead. Dist. cap. 23. Gregor. lib. 4. ep. 34. seu cap. 78. Toletan. XII. cap. 6. Grat. ead. d. c. 24. & 25. Cælest. III. Decret. lib. 1. tit. 6. c. 14. Innoc. III. Decret. lib. 1. tit. 6. c. 18. 28.   
*e* Hadrian. II. & VIII. Synod. c. 22. Ivo lib. 3. tit. 2. cap. 1. Grat. Dist. 63. c. 1. & 2.   
*f* Parisiens. cap. 8. Ivo lib. 3. tit. 2. cap. 2. Grat. Dist. 63. cap. 5.   
*g* VIII. Synod. cap. 3. Anselm. lib. 6. cap. 8. Grat. Dist. 63. cap. 7. Apostolic. cap. 30. Grat. caus. 16. q. 7. cap. 14. Hist. Eccles. lib. 7. cap. 8. Grat. Dist. 63. cap. 3. Greg. VII. in concil. Grat. ead. q. 7. cap. 12. Anast. Bibliothec. in Eccles. Hist. Grat. ead. q. 7. cap. 15. Innoc. III. in concil. gen. cap. 25. Decr. lib. 1. tit. 6. cap. 43.   
*h* Cælestin. III. Decr. lib. 1. tit. 6. cap. 14.   
*i* Gregor. lib. 8. ep. 65. Grat. caus. 9. q. 1. cap. 6.   
*k* Innoc. III. Decr. lib. 1. tit. 6. cap. 16.   
*l* Toletan. IV. cap. 8. Grat. Dist. 51. cap. 5.   
*m* Paul. ad Timoth. I. cap. 3. v. 2. & ad Tit. cap. 1. v. 7. Hormisd. ep. 1. Anselm. lib. 6. cap. 29. Grat. Dist. 61. c. 2. Hieron. in ep. ad Tit. cap. 1. Grat. Dist. 25. cap. 6. Greg. lib. 10. ep. 13. Grat. Dist. 61. cap. 18. Cælestin. ep. 2. cap. 3. Grat. Dist. 81. cap. 3. Innoc. III. Decr. lib. 1. tit. 9. cap. 10. Justinian. Cod. lib. 1. tit. 3. l. 41. & Novell. 137.   
*n* Hormisd. Grat. Dist. 50. cap. 57. & Dist. 62. cap. 3. Nicæn. cap. 9. & 10. Burch. lib. 2. cap. 13. Grat. Dist. 81. c. 4. & 5. Martin. Brach. cap. 24. Grat. Dist. 24. cap. 7. Neocæsar. cap. 9. 10. Burch. lib. 2. cap. 49. Ivo lib. 3. tit. 11. c. 19. Gratian. caus. 15. q. 8. cap. 1. Martin. Brach. cap. 25. Burch. lib. 2. cap. 48. Ivo lib. 3. tit. 11. cap. 18. Grat. ead. q. c. 4.   
*o* Paul. ad Tit. cap. 1. v. 1. Augustin. ad Bonifac. ep. 50. Ivo in prol. 5. 4. Grat. caus. 23. q. 4. cap. 24. Carthagin. IV. cap. 1. Burch. lib. 1. cap. 8. Grat. Dist. 23. cap. 2. Alexander III. Decr. lib. 1. tit. 6. cap. 5.   
*p* Apostol. cap. 21. & 22. Grat. Dist. 55. cap. 4. & 8. Clem. III. Decr. lib. 1. tit. 20. cap. 3. Nicæn. cap. 1. Grat. ead. Dist. cap. 7. Martin. Brach. cap. 21. Ivo lib. 3. tit. 5. cap. 15. Grat. ead. cap. 9.   
*q* Apostolic. cap. 77. & 78. Innoc. epist. 4. cap. 1. Grat. Dist. 55. cap. 6.   
*r* Paul. ad Timoth. I. cap. 3. ad Tit. cap. 1. v. 1. Leo epist. 82. cap. 3. Burch. lib. 1. cap. 5. Anselm. lib. 6. cap. 15. Hieron. ad Ocean. Grat. Dist. 26. cap. 1. Augustin. in epist. ad Tit. Ivo lib. 6. tit. 4. cap. 6. Grat. ead. Dist. cap. 2. Innoc. ep. 22. Burch. lib. 4. cap. 98. Grat. ead. Dist. cap. 3. Ambros. lib. 1. cap. ult. de offic. Ivo lib. 6. tit. 4. cap. 5. Grat. ead. Dist. cap. 4. Idem Ambros. lib. 10. ep. 82. Ivo lib. 6. tit. 4. cap. 4. Grat. Dist. 26. cap. 5. Apostol. cap. 17. Anselm. lib. 6. cap. 143. Grat. Dist. 33. cap. 1. Idem Ambros. ep. 82. Grat. Dist. 34. cap. 14. Innoc. III. Decretal. lib. 1. tit. 9. cap. 10. Trull. cap. 3. Basil. ad Amphilocho. c. 12. Apostolic. cap. 19. Justinian. Novell. 137. cap. 1. & Novell. 123. cap. 1.   
*s* Zachar. ep. 6. post princ. Leo epist. 1. cap. 2. ad episcop. per Campan.   
*t* Apostolic. cap. 18. Trull. cap. 3. Anselm. lib. 6. cap. 143.   
*u* Apostolic. cap. ubi supra, Grat. Dist. 34. cap. 15.

runt(a); aut corruptarum mariti fuerunt (b), qui concubinas aut focarias habuerunt (c); qui servili conditioni obnoxii sunt (d): qui ignoti sunt, qui neophyti, vel laici sunt (e): qui saeculari militiae dediti sunt: qui curiae nexibus obligati sunt [f]: qui inficii litterarum sunt (g): qui nondum ad triginta annos pervenerunt [h]: qui per gradus Ecclesiasticos non ascenderunt (i): qui ambitu honorem quaesiverunt (k): qui honorem muneribus obtinere moliantur (l): qui a decessoribus in Sacerdotium eliguntur (m). Adde ex Lateranensi Concilio eos (n), qui de legitimo matrimonio nati non sunt (o), & qui vita & scientia non commendantur (p). Item ex Pelagii constitutione (q), qui uxorem vel filios habent. Zosimus Monachos quoque Episcopos fieri vetabat, sed concessum est, ut eligantur, & consecrentur (r), exceptis fedibus, quae in hostium potestate existunt [s]: ne titulo Pontificis vincula Monasteriorum effugiant Episcopum quemcunque eligi prohibitum est [t], cum sine Pontificis Maximi voluntate non transferatur (u). Itaque postulari potest (x), ut transferatur. Cardinales vero, quos Pontificis consiliarios esse dicebamus, ne postulari quidem patitur Innocentii rescriptum (y); publicae enim utilitati omnium cedere debet unius populi utilitas. Item ex alia

Ecclesia, nisi ex eadem dignus non reperitur, Pontifex fieri non debet (z). Comitialis morbus, vel quicumque similis, quominus eo laborans eligatur impedimento est (aa). Senectus gravis morbo comparatur [bb]. His & aliis, si qui sunt, quos eligere nemo potest, addere oportet eos, quos eligere non deceat, vel inutile sit. Neque enim quod licet honestum atque utile est (cc), & in omnibus rebus tria haec potissimum consideramus, quid liceat, quid deceat, quidque oporteat. Itaque videamus qualem Episcopum eligi oporteat. Et quidem qualis Episcopus esse debet talis eligatur. Esse autem debet, qualem Paulus describit (dd): „Fidelis sermo, inquit, si quis Episcopatum desiderat. Oportet enim Episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris virum, sobrium, ornatum, prudentem, pudicum, hospitalem, doctorem, non vinolentum, non percussorem, sed modestum, non litigiosum, non cupidum, sed suae domui bene praepositum, filios habentem subditos cum omni castitate. Si quis autem domui suae bene praesse nescit, quomodo Ecclesiae Dei diligentiam habebit? Non neophytum, ne in superbiam elatus, in iudicium incidat Diaboli. Oportet autem illum & testimonium habere bonum ab iis, qui foris sunt, ut non in opprobrium incidat, & in

- a Apostolic. cap. 17. Hieron. ad Ocean. apud Aquisgran. cap. 98. b Justinian. Novell. 123. cap. 4. Grat. Dist. 54. cap. 20. & 21. c Paul. ad Timoth. I. cap. 3. v. 6. Leo epist. 82. cap. 3. Burch. lib. 1. cap. 5. Anselm. lib. 6. cap. 15. Sardic. 10. vel 13. graec. Burch. lib. 1. cap. 17. Grat. Dist. 61. cap. 10. Nicæn. cap. 2. Grat. Dist. 48. cap. 1. Greg. lib. 7. ep. 116. Anselm. lib. 6. cap. 26. Grat. ead. Dist. cap. 2. Ambros. ep. 82. lib. 10. Gratian. Dist. 61. cap. 9. Hist. Eccles. trip. lib. 7. cap. 8. Grat. Dist. 63. cap. 3. Leo ep. 83. Anselm. lib. 6. cap. 30. Grat. in prol. Dist. 48. Gregor. Anselm. lib. 6. cap. 7. Leo, Ivo in prol. 5. 2. Hormisd. Anselm. lib. 6. cap. 19. Gratian. Dist. 61. cap. 3. Innoc. ep. 12. Anselm. lib. 6. cap. 29. Grat. ead. Dist. cap. 4. Leo epist. 85. Anselm. lib. 6. cap. 30. Grat. ead. Dist. cap. 5. & 8. Arelat. III. c. 2. Brach. lib. 1. cap. 16. Gregor. Anselm. lib. 6. cap. 27. Grat. Dist. 59. cap. 3. Idem Greg. lib. 7. ep. 113. Anselm. lib. 6. cap. 70. Grat. Dist. 61. cap. 1. Idem Greg. epist. 114. Anselm. lib. 6. cap. 71. Joann. VIII. Ivo in prol. 5. 23. Apostol. cap. 17. & 80. Justinian. Nov. 137. cap. 1. & Nov. 123. cap. 1. d Innoc. ep. 24. cap. 2. Grat. Dist. 51. cap. 1. Novell. 123. Ivo lib. 3. tit. 14. cap. 4. Grat. Dist. 54. cap. 20. Leo epist. 1. cap. 1. Burch. lib. 2. cap. 22. e Synod. Roman. sub Eugen. II. & Leon. IV. cap. 4. Greg. VII. lib. 9. Regest. ep. 2. in med. f Alexand. III. in concil. Lateran. Decr. lib. 1. tit. 6. cap. 7. Arelat. III. cap. 1. Agath. cap. 17. Burch. lib. 2. cap. 9. Ivo lib. 3. tit. 3. cap. 1. Grat. Dist. 77. cap. 6. Innoc. III. Decr. lib. 1. tit. 6. cap. 19. Justinian. Nov. 123. g Cælestin. ep. 3. cap. 2. Grat. Dist. 61. cap. 7. Zosim. Anselm. lib. 6. cap. 24. Grat. Dist. 59. c. 1. & 2. Sardic. c. 13. vel 10. graec. Burch. lib. 1. cap. 17. Grat. Dist. 61. cap. 10. Urban. Ivo lib. 3. tit. 1. cap. 5. Panorm. Grat. Dist. 60. c. 4. Innoc. III. Decretal. lib. 1. tit. 14. cap. 9. Cælestin. ep. 2. cap. 3. Burch. lib. 1. cap. 18. Grat. Dist. 59. cap. 4. Pontific. de Cajo, Anselm. lib. 6. cap. 170. ex concil. Steph. III. Anselm. lib. 6. cap. 25. & lib. 7. cap. 27. Grat. Dist. 79. cap. 4. vide Ant. Aug. de emend. Grat. lib. 3. Gelas. Grat. Dist. 77. cap. 1. h Symmach. ep. 1. cap. 5. Grat. caus. 1. q. 1. c. 8. eap. 118. Anselm. lib. 6. cap. 6. i Apostolic. cap. 29. graec. 30. latina concil. Chalced. cap. 2. Grat. caus. 1. q. 1. c. 8. Greg. in Synod. Rom. cap. 5. Decr. lib. 5. tit. 3. cap. 1. k Concil. Antioch. cap. 23. Grat. caus. 8. q. 1. cap. 3. Martin. Brach. cap. 18. Grat. ead. d. c. 4. l Alexand. III. in concil. Lateran. Decr. lib. 1. tit. 6. cap. 7. m Damas. Ivo lib. 3. tit. 5. cap. 2. & in prol. 5. cap. 21. Grat. Dist. 56. cap. 2. Alexand. II. Grat. ead. Dist. cap. 12. Urban. Ivo lib. 3. tit. 2. c. 12. 13. Grat. ead. Dist. cap. 13. & 14. Innoc. III. Decr. lib. 1. tit. 6. cap. 20. & 25. lib. 1. tit. 9. cap. 10. lib. 3. tit. 3. cap. 6. n Paul. ad Timot. I. cap. 3. ad Tit. cap. 1. Carthag. IV. cap. 1. Ivo lib. 3. tit. 1. c. 8. Grat. Dist. 23. cap. 2. Hormisd. ep. 1. Anselm. lib. 6. cap. 19. Grat. Dist. 61. cap. 2. Laodicen. cap. 12. Grat. ead. Dist. cap. 6. Leo ep. 82. cap. 3. Burch. lib. 1. cap. 5. Clem. ep. 1. Grat. caus. 8. q. 1. cap. 12. Isidor. de summ. bon. cap. 34. o Pelag. Anselm. lib. 6. cap. 39. Grat. Dist. 61. cap. 17. Anselm. lib. 6. cap. 42. Grat. Dist. 28. cap. 13. Gregor. lib. 8. ep. 40. Anselm. lib. 6. cap. 9. Grat. Dist. 28. cap. 4. Trull. cap. 12. Martin. Brach. cap. 29. Grat. ead. Dist. cap. 12. Leo ad Rufin. Episc. Burch. lib. 2. cap. 114. Ivo lib. 3. tit. 8. cap. 23. Grat. Dist. 31. cap. 10. Leo IX. vel Humbert. contra Nicet. Ivo lib. 3. tit. 8. cap. 32. Grat. Dist. 31. cap. 11. Hist. Tripart. lib. 2. cap. 14. Ivo lib. 3. tit. 8. cap. 2. Grat. ead. Dist. cap. 12. Leo ep. 82. cap. 3. Burch. lib. 1. cap. 5. Grat. Dist. 32. cap. 1. Carthag. V. cap. 3. Ivo lib. 3. tit. 8. cap. 22. Grat. ead. Dist. cap. 13. & Dist. 84. cap. 4. Apostol. can. 6. Burch. lib. 1. cap. 18. Ivo lib. 3. tit. 8. cap. 30. Grat. Dist. 28. cap. 14. Carthagin. II. cap. 2. V. cap. 3. latin. & graec. cap. 4. Grat. Dist. 84. cap. 3. Justinian. Cod. lib. 1. tit. 3. l. 41. graec. al. 42. Novell. 123. p Concil. apud Altin. cap. 36. Burch. lib. 1. cap. 23. Grat. caus. 18. q. 1. cap. 1. Bonifac. VIII. in VI. lib. 1. tit. 6. cap. 28. & 36. Clem. V. in concil. Vienn. lib. 1. Clem. tit. 3. cap. 1. Joann. XXII. Extrav. comm. lib. 1. tit. 2. cap. 1. Greg. lib. 10. ep. 13. seu cap. 13. Grat. Dist. 61. cap. 18. Inn. III. Decret. lib. 1. tit. 9. c. 10. q. Clemens V. lib. 1. tit. 3. cap. 5. r Hon. III. Decretal. lib. 1. tit. 5. cap. 6. s Innoc. III. Decretal. lib. 1. tit. 7. cap. 1. 2. 3. & 4. t Greg. IX. Decr. lib. 1. tit. 6. cap. 23. 30. & 4. eod. lib. 1. tit. 7. cap. ult. Joann. XXI. Extrav. comm. lib. 1. tit. 2. cap. un. u Innoc. III. Decretal. lib. 1. tit. 5. cap. 3. x Cælestin. ep. 2. cap. 5. Burch. lib. 1. cap. 7. Anselm. lib. 6. cap. 21. Ivo lib. 3. tit. 1. cap. 7. Grat. Dist. 62. cap. 13. Greg. lib. 8. ep. 40. & lib. 11. ep. 16. Anselm. lib. 6. cap. 22. Grat. ead. Dist. cap. 15. & 16. Innoc. III. in conc. gen. cap. 23. Decretal. lib. 2. tit. 6. cap. 41. y Innoc. III. Decr. Greg. lib. 1. tit. 6. cap. 21. z Greg. lib. 12. ep. 6. Grat. Dist. 85. cap. 1. aa Paul. I. Cajus Dig. lib. 50. tit. 17. l. 144. bb Paulus I. ad Timoth. cap. 3. cc Carthagin. IV. cap. 1. Burch. lib. 1. cap. 8. Grat. Dist. 23. cap. 2. dd Innoc. III. in concil. gen. cap. 23. Decretal. lib. 1. tit. 6. cap. 41. Add. Innoc. II. in concil. cap. 28. Grat. Dist. 63. cap. 35. Justinian. Novell. 123. Greg. lib. 6. ep. 39. seu cap. 203. Grat. Dist. 50. cap. 11.

laquei Diaboli. Carthaginensi quoque in Synodo constitutum est (a), ut qui Episcopus ordinatur antea examinetur, si natura sit prudens, si docibilis, si moribus temperatus, si vita castus, si sobrius, si pervigil, si semper suis negotiis cavens, si humilis, si affabilis, si misericors, si literatus, si in lege Domini instructus, si in Scripturarum sensibus cautus vel acutus, si in dogmatibus Ecclesiasticis exercitatus, & ante omnia, si fidei documenta verbis simplicibus asserat. Summa est, ut vir bonus, prudens, atque doctus sit. Dictum, qui eligere possint, qui eligi debeant, nunc de eligendi ratione, ac modo videamus. Ultra tres menses Cathedralis Ecclesia, vel regularis Prælato non vacet, inquit Innocentius Tertius in Concilio Generali (b). Intra quos justo impedimento cessante, si electio celebrata non fuerit, qui eligere debuerant, eligendi potestate carent ea vice, ac ipsa eligendi potestas ad eum, qui proximus præesse dignoscitur, devolvatur. Is intra tres alteros menses cum Concilio capituli sui, & aliorum virorum prudentium personam idoneam constituat. Antequam sedes vacet, neque electio, neque cujusquam citatio fieri debet (c), sed & si Episcopi morte vacet Ecclesia, ante corpus Pontificum sepeliatur, quam de electione agatur (d). Vocandi autem sunt omnes qui eligere possunt, & intra provinciã sunt (e), ut antea dictum est. Si vel unus contemnatur, & nolit ratum habere, quod agatur, nihil jure actum est (f). Si qui vocati nolint, aut non possint venire; qui venerint, eligere possint (g). Idem dicendum est, si qui ex his qui venerint discedant (h). In Ecclesia Cathedrali si possit electio fiat (i): si minus ubi possit, vel ubi consuetum sit. Eligendi forma ab eodem Innocentio his verbis constituitur (k). Cum electio fuerit celebranda, præsentibus omnibus qui debent, & volunt, & possunt commode interesse, adsumantur tres de Collegio fide digni, qui secrete & sigillatim vota cunctorum diligenter exquirant, & in scriptis redacta, mox publicent in communi, nullo prorsus appellationis obstaculo interjecto, ut is collatione habita eligatur, in quem omnes, vel major & sanior pars capituli consentit. Vel saltim eligendi potestas aliquibus viris idoneis committatur, qui vice omnium Ecclesiæ viduæ provideant de Pastore. Aliter electio facta non valeat, nisi forte communiter esset ab omnibus quasi per inspirationem absque vitio celebrata. Qui vero contra præscriptas formas eligere adtentaverint, eligendi ea vice potestate priventur. Tres igitur sunt eligendi formæ, quæ per scrutinium, per compromissum, per inspirationem appellantur. Major ac

sanior pars capituli, quæ dicatur, quari potest. Autem absentium ratio habenda est? An si præsentium tantum, quod magis eis, quæ supra scripsimus, consentaneum est: videndum in quem plures ex omnibus conveniant? An si septem absint, tres unum, duo alterum, duo tertium eligant: dicaturne ille electus esse qui plura suffragia ceteris tulerit? Sed neminem tum eligi Honorius rescripsit l. Tribus enim his major capituli pars repugnat. Sanior vero pars esse creditur quæ major est. Sed & si dignior a paucis eligatur, & ea pars ex dignioribus constet; neque hic, quia non a majore, neque alius quia non a saniore parte electus esse dicitur m. Collatione habita, inquit, eligatur propterea quod conferri oporteat numerum & qualitatem singulorum eligentium, atque electorum (n). Electio præterea communis esse debet, non singulorum o. Longe enim differt, cum capitulum, sive collegium, aut universitas, aut corpus eligit, ab electione singulorum ejusdem collegii, vel corporis [p]. Itaque sive per scrutinium, sive per compromissum eligatur, per unum electio communis pronuntianda est (q). Compromissi species plures libro primo Gregorii, & Bonifacii Decretalium Epistularum videantur (r). Sed quoniam diximus eos, qui velint, & possint, eligere debere: quid si quidam vocati justo impedimento, morbo puta, vel vi majore præpediti conveniant, & procuratorem collegam unum pluresve constituent, augebunt ne numerum absentes, & suffragia procuratorum duplicabuntur? Ac quidem id non displicuit Innocentio & Bonifacio (s), si curent se vere impeditos esse. Publicato scrutinio variare nequeunt electores (t), & quam citissime electio publicetur (u). Facta electione consensus electi intra octo dies electione eidem ostensa petatur: intra mensem ab eo die consentiat; vel jus illud amittat (v). Post consensum intra tres alios menses confirmatio electionis petenda est (y). Si consentire nolit, vel renuaciet, vel moriatur, iterum electores omnia de integro faciant, perinde ac si tunc primum vacaret sedes z. Sed si indignum scientes prudentes eligant, vel si eligendi formam non servaverint, ad Romanum Pontificem veniendum est, qui Episcopum constituat (aa). Si per fordes (bb), vel vim, & metum (cc), vel contra ejusdem Ecclesiæ privilegia, veteremve consuetudinem; si post alteram electionem, de cujus vi dubitari potest (dd); si post & contra appellationem electio fiat, nihil agitur. Quibus præterea pœnis ambitus, & scæda largitio, quam simoniam appellant, coerceatur, libro quarto scripsimus. De litibus quæ

Tom. VII.

D

ex

a Innoc. III. Decr. lib. 1. tit. 6. cap. 36. Concil. Arvern. cap. 23. Burch. lib. 1. cap. 186. Grat. cap. 7. q. 1. in prol.  
 b Innoc. III. ubi supra, Bonifac. III. Grat. Dist. 79. cap. 7. c Innoc. III. Decr. lib. 1. tit. 6. cap. 18. & 28. & 35.  
 Greg. IX. Decr. lib. 1. tit. 6. cap. 55. d Innoc. III. Decr. lib. 1. tit. 6. cap. 28. & 36. e Idem Innoc. eod. cap. 28.  
 f Idem Decretal. lib. 1. tit. 6. cap. 19. g Idem Decr. lib. 1. tit. 6. cap. 28. h Idem in concil. gen. cap. 24.  
 Decr. lib. 1. tit. 6. cap. 42. i Honor. III. Decr. lib. 1. tit. 6. cap. 48. Add. Greg. IX. eod. cap. 50. & 55.  
 k Greg. IX. Decr. lib. 1. tit. 6. cap. 17. l Idem Greg. eod. cap. 55. & 57. m Idem ubi supra.  
 n Idem Greg. IX. eod. Dist. cap. 55. o Bonif. VIII. in VI. lib. 1. tit. 6. cap. 21. p Innoc. III. Decr. lib. 1. tit.  
 60. cap. 31. q Greg. IX. cap. 52. eod. Dist. cap. 55. r Bonif. VIII. in VI. lib. 1. tit. 6. cap. 23. 29. & 37.  
 s Innoc. III. in concil. gener. cap. 24. Decr. lib. 1. tit. 6. cap. 42. Bonif. VIII. in VI. lib. 1. tit. 6. cap. 46.  
 t Greg. IX. Decr. lib. 1. tit. 6. cap. 58. u Innoc. III. Dist. cap. 42. v Gregor. X. in Concil. Lugd. in VI. lib. 7.  
 tit. 6. cap. 6. Nicol. III. in VI. lib. 1. tit. 6. cap. 16. Hon. III. Decr. lib. 1. tit. 6. cap. 46. w Greg. X. ubi supra.  
 x Bonif. VIII. in VI. lib. 1. tit. 6. cap. 26. y Bonifac. VIII. in VI. lib. 1. tit. 6. cap. 18. & 33.  
 z Clem. III. Decretal. lib. 1. tit. 6. cap. 12. Pelag. Anselm. lib. 6. cap. 40. aa Apostolic. can. 31. Grat. caus. 16.  
 q. 7. cap. 14. Paschal. II. Grat. ead. q. cap. 16. Greg. Anselm. lib. 6. cap. 8. 68. Innoc. III. in concil. gen. Decr. lib. 1.  
 tit. 6. cap. 43. bb Alexand. III. Innoc. III. Decr. lib. 1. tit. 6. cap. 10. & 29. cap. 31. 36. 53. Innoc. IV. in Concil.  
 Lugdun. Greg. X. in VI. lib. 1. tit. 6. cap. 2. & 4. cc Innoc. III. in concil. gen. cap. 26. Decr. lib. 1. tit. 6. cap. 44.  
 Add. Greg. lib. 8. ep. 18. Decr. lib. 1. tit. 6. c. 3. Inn. III. eod. c. 30. & 40. dd Bonif. VIII. in VI. lib. 1. tit. 6. c. 47.

ex appellationibus oriuntur, ut electio impediatur, vel confirmatio, vel consecratio, eodem libro dicemus. Nunc de confirmatione paucis agamus. Cum ex Pontificiis comitiis & lites, & contentiones, & seditiones facile evenirent: ut omnes scirent quis electus, quis repudiatu esset, eumque solum tumulto sedato conservare Pontifices possent, confirmatio introducta est. Quod & confirmantis officium dilucide Concilio Generali Innocentiano constituitur (a). Cum quisquam, inquit, ad regimen animarum fuerit electus, is ad quem pertinet ipsius confirmatio, diligenter examinet, & electionis processum, & personam electi, ut cum omnia rite concurrerint, munus ei confirmationis impendat; qui ad Romanum pertinent immediate Pontificem ad percipiendam sui confirmationem officii, ejus se conspectui, si commode fieri potest, personaliter representent, aut personas transmittant idoneas, per quas diligens inquisitio super electionibus, & electis possit haberi. Innocentii & Concilii constitutionem quod ad confirmationem a Romano Pontifice petendam attinet, Nicolaus Tertius, & Alexander Quartus multis & variis modis exornarunt; quæ institutiones conscribentibus longum est recensere. Ceteri qui confirmare possunt, non ante confirmare queunt, quam vocaverint eos, qui electioni, vel confirmationi contradicunt: & utriusque partis causa cognita, quod agendum est mature conficiant. Vocationem nominatim fieri oportet, si certi sunt, qui se putant electos esse, vel jure contendere cum eo, qui petit confirmari electionem: sin minus generalis citatio edito in Ecclesia proposito facienda est (b). Confirmare autem possunt superiores Antistites, ad quos appellatur ab illis, de quorum electione agitur. Legatus quoque qui majus omnibus post Pontificem Maximum in Provincia imperium habet confirmare electiones potest (c). Confirmationis vitium electioni nullum præjudicium facit. Sed iterum confirmatio sine vitio fiat (d), nisi forte indignus, quod confirmanti, & confirmato nocet (e). Confirmationem sequitur consecratio. Sed quia ea omnibus communis est, qui Episcopi fiunt, videndum antea esse arbitror, quibus etiam rationibus Pontifex designatus fiat. Ac præter electionem est ei non dissimilis postulatio: & longe diversa coadjutoria cum futura successione, item ex præsentatione, vel nominatione institutio, libera denique collatio: de quibus singulis breviter dicendum est. Postulationis verbum hoc loco petitionem significat, obnixasque preces [f] eorum qui eligere possunt, ut is qui eligi non potest, & dignus est, a Pontifice Maximo Episcopus fiat. Ad liberalitatem & providentiã Pontificis pertinet eorum voluntati consentire (g). Quid enim si pauca sint, qui id petant, multo plures jure

ordinario electionis uti velint? Sed tantum abest, ut audiantur, ut altero tanto majorem numerum postulantium Innocentius desideraverit (h). Quid si petant omnibus conciliis solvi, illis præsertim, quæ tamquam sacrosancta Evangelia veneramur? Nihil minus a veteribus Pontificibus impetraretur (i). Quid si minorem annis septem & viginti Episcopum fieri postuletur? Ne id quidem licet. Semel quoque rejectum, iterum postulare non licet. Multum etiam interest, quæ sint personis, loco, tempori apta, ut ex æquitate, honestate, & utilitate quicumque legibus sacris solvatur (k). Sed electio a postulatione differt, quod is, qui eligi non potest postulari potest: & sæpe evenit ut incertum sit eligenti postulare debeat, an eligere: si non sine ratione dubitetur, Bonifaciana (l) formula uti potest. Eligo, & postulo, prout potest melius de jure valere. Sed si dixerit: Eligo postulando, postulo eligendo; vel eligo postulandum, postulo eligendum: nihil ager (m). Consensus postulantium & postulati accedat oportet, antequam Pontificis libellus offeratur (n). Neque licet postulantibus recedere (o), neque postulato variare; nam jure cedere quocumque potest. Hæc de postulatione. Ad coadjutoriam veniamus: quod insolens quidem verbum est, sed rem, qua de agimus, uno verbo facile exprimit, quod artem tradentibus est satis. Non vero recens origo hujus rei est. Primus enim Romanæ urbis Pontifex Petrus adjutores habuit. Linum, & Cletum, quibus solvendi, atque ligandi Pontificum non tradidit, ut Joannes tertius scribit (p); sed Petrus concionibus & domesticis orationibus aliisque muneribus majoribus vacabat; Linus, & Cletus minora ministeria curabant. Postea Zacharias Bonifacio Maguntino Archiepiscopo ejus senectute, & corporis imbecillitate, atque benevolentia motus concessit (q), ut si dignum reperiret Pontificiis muneribus eum constitueret, ut omnibus rebus, quæ a se essent gerendæ, ab illo administrarentur. Qui si semper placuisset, ad es moriente successor designari posset. Qua in re quod seni, & ægro, & minus apto adjutor detur, æquum; ut & multis exemplis veterum Pontificum ac rescriptis (r) probatum. Quod vero moriens successorem designet, a Petro quoque initium habuit, & nonnumquam in usu fuit (s); postea prohibitum est (t); ne sacra omnia tanquam testamento ad propinquos, aut amicos minus dignos perveniant (u). Quod vero ille idem adjutor successor sit, hac in re novum Zachariæ exemplum non semel nostra patrumque memoria sequuti Pontifices sunt. Quis possit adjutorem dare, cui dari debeat, quando, & qua ratione detur, quodque ejus officium sit liquet ex Bonifacii constitutione (x), cujus verba infra scripsimus: „ Cognoscimus Pastoralis offi-

a Bonifac. VIII. eod. cap. 36. b Idem eod. cap. 39. c Innoc. III. in concil. gen. c. 26. Decr. lib. 1. tit. 6. c. 44.  
d Ulpian. Dig. lib. 3. tit. 1. l. 1. §. 2. e Innoc. III. Decr. lib. 1. tit. 5. cap. 3. eod. tit. 6. cap. 20. Honor. III. eod. tit. 5. cap. 6. f Innoc. III. Decr. lib. 1. tit. 5. cap. 3. eod. tit. 6. cap. 40. g Innoc. III. Decr. lib. 1. tit. 9. cap. 11.  
h Joannes XXII. Extrav. comm. lib. 1. tit. 2. cap. 1. i Innoc. III. Decr. lib. 1. tit. 6. cap. 20.  
k Bonifac. VIII. in VI. lib. 1. tit. 5. cap. 1. l Bonifac. VIII. ubi supra. Innoc. IV. in concil. Lugd. in VI. lib. 1. tit. 6. cap. 2. m Innoc. III. Decr. lib. 1. tit. 5. c. 4. & lib. 1. tit. 6. cap. 20. n Innoc. III. Decr. lib. 1. tit. 5. c. 4.  
o Joann. III. ep. 1. Grat. caus. 8. q. 1. cap. 1. p Zachar. Grat. caus. 7. q. 2. cap. 17.  
q Gregor. lib. 9. ep. 41. Burch. lib. 1. cap. 188. Anselm. lib. 6. cap. 201. Grat. caus. 7. q. 1. cap. 1. Idem Greg. lib. 2. ep. 7. Burch. lib. 1. cap. 291. Grat. ead. q. cap. 14. Lucius III. Innoc. III. Honor. III. Decr. lib. 3. tit. 6. cap. 3. & 5. & 6. Bonif. VIII. in VI. lib. 3. tit. 5. cap. 1. r Antioch. cap. 23. Burch. lib. 1. cap. 185. Anselm. lib. 6. cap. 57. Grat. caus. 8. q. 1. cap. 3. Martin. Brachar. cap. 8. Burch. lib. 1. cap. 187. Grat. ead. q. cap. 4. Hilar. in Synod. c. 5. Anselm. lib. 6. cap. 56. Grat. ead. q. cap. 8. Toletan. IV. Grat. Dist. 51. cap. 5. s Apostol. cap. 76.  
t Bonifac. VIII. in VI. lib. 3. tit. 5. cap. 1. x Tolet. XII. cap. 6. Grat. Dist. 63. cap. 25. Hist. Eccles. Ivo lib. 8. tit. 10. cap. 2. Grat. ead. Dist. cap. 22. Leo eod. cap. 23. y Innoc. III. in concil. gen. Decr. lib. 1. tit. 6. cap. 42. Justi-

cui

sti-

„ cii debitum exequentes declaramus, atque sta-  
 „ tuimus coadjutorem Episcoporum, & superio-  
 „ rum praelatorum dationem intelligendam esse de  
 „ causis majoribus, & referendam ad Sedem Apo-  
 „ stolicam, ac ab ea, consuetudine non obstanti  
 „ contraria, tantummodo postulandam. Verum ne  
 „ hoc prætextu Ecclesiæ existentes præcipue in re-  
 „ motis dispendia patiantur; nos earum in hac par-  
 „ te indemnitatibus præcavere volentes, hac gene-  
 „ rali constitutione sancimus, ut Episcopus senio,  
 „ aut valetudine corporali gravatus, vel etiam alias  
 „ adeo impeditus perpetuo, ut officium suum ne-  
 „ queat exercere, possit de sui concilio, & assensu  
 „ capituli, vel majoris partis ipsius unum vel duos  
 „ auctoritate Apostolica coadjutores adsumere ad  
 „ dictum officium exequendum. Si vero Episcopus  
 „ demens fuerit, & quid velit, aut nolit exprime-  
 „ re nesciat, vel non possit, tunc ejus capitulum,  
 „ vel duæ ipsius partes adsumant idoneos, qui ejus  
 „ officium exequantur. Si autem Episcopi senio,  
 „ aut incurabili morbo gravatus vel perpetuo impe-  
 „ dimento detentus ad sui executionem officii red-  
 „ datur inutilis, & coadjutorem adsumere, vel ha-  
 „ bere noluerit, licet a capitulo requisitus proprio  
 „ se illius non indigere suffragio fortitan adlerendo,  
 „ tunc nil per capitulum innovetur. Sed hoc casu,  
 „ & etiã primo idem capitulum Episcopi & Eccle-  
 „ siæ suæ conditionem & statum ac facti circum-  
 „ stantias universas, quam cito poterit, fideliter  
 „ & explicitè referat ad notitiam dictæ sedis rece-  
 „ pturi humiliter & efficaciter impleturi, quod su-  
 „ per hoc per sedem ipsam contigerit ordinari. Præ-  
 „ senti quoque adiciamus sanctioni, ut coadjutores  
 „ hujusmodi de proventibus Prælatorum, in quo-  
 „ rum adsumuntur auxilium, sumptus recipiant  
 „ moderatos ab alienatione qualibet de bonis eccle-  
 „ siasticis prælatorum ipsorum, vel ecclesiarum sua-  
 „ rum quomodolibet facienda penitus abstinentes:  
 „ rationem non solum in districto examine, sed &  
 „ prælatis eisdem, si sanæ mentis extiterint, ac ca-  
 „ pitulis eorundem, seu etiam ipsorum prælatorum  
 „ successoribus, si hoc antea non fecerint, plena-  
 „ riam reddituri. Ceterum quod de Episcopis præ-  
 „ mittitur ad superiores etiam prælatos esse volu-  
 „ mus & intelligimus referendum. Sequitur il-  
 „ lud ut de præsentatione videamus, de qua infra lati-  
 „ us conscribemus, cum de minorum sacerdotum præ-  
 „ sentatione agetur. Appellatur autem hoc nomine,  
 „ cum quis ædificii, vel dotis Ecclesiæ, vel privilegii,  
 „ vel præscriptionis causa, ei, cujus collatio, vel in-  
 „ stitutio est dignum offert, sacerdotio, de quo agitur  
 „ vacante intra tempus constitutum. Æquum enim  
 „ visum est, ut si quis eam fecerit; si dotem, quæ ca-  
 „ rebat dederit Ecclesiæ: aut si qua alia justa causa  
 „ Pontificem moverit, aut si in ea quasi possessione

præsentandi existat, quamvis laicus sit, possit deli-  
 gere quem velit esse sacerdotem ejus Ecclesiæ, de  
 qua benemeritus est, qui a præfule examinatus insti-  
 tuendus est. Institutio appellatur ejus, qui præsen-  
 tatur, vel nominatur, approbatio, & collatio. Col-  
 lationem dicimus cum sacerdotium confertur; ut  
 puta cum parochus, vel minister, vel canonicus fit.  
 His, pingui, ut ajunt, minerva, cognitis, ut ad  
 Pontifices redeamus, sciendum est, nonnumquam  
 Regibus bene de Republica christiana meritis Apo-  
 stolico privilegio concessum esse, ut Episcopos no-  
 minent, aut præsentent Pontifici Maximo; qui si  
 probabatur Pontificibus, cum fratrum concilio  
 auctoritate Episcopi fiunt. Extant hujus rei perpau-  
 ca veterum exempla *a*; nostra patrumque me-  
 moria non pauca. Quæ cum non jure scripto, sed  
 privilegii verbis tota consistit, nulla certe de his re-  
 gula constitui potest. Nominatio dicitur, cum duo,  
 piusve superiori nominatim exprimuntur: ut ex  
 his, quam malit aut digniorem ceteris consecret.  
 Est etiam nominatio unius præsentatio sine tempo-  
 ris, vel ceterorum solemnium ratione, modoque  
 præscripta, quæ suo loco enumerabimus. Utrouque  
 casu Antistitis arbitrio committitur. Prioris generis  
 est comitiorum forma, quam Justinianus describit  
 (*b*), ut clerus & populi principes viri, decuriones  
 fortasse, tres deligat Pontificatu dignos, eosque An-  
 tistiti, cui jus consecrandi competit, nominet: is  
 eligat, quem malit Episcopum consecrare. Ho-  
 genus comitiorum receptum non est (*c*). Illud vero  
 ut unus nominetur Episcopus, Regibus, ut antea  
 dixi, permittitur. Postremo de collatione libera di-  
 cendum. Hujus originem antiquissimam esse nemo  
 dubitare potest. Cum Christus Petrum sine alicujus  
 ex plebe vel clero electione, postulatione, præsen-  
 tatione, aut nominatione Pontificem constituerit.  
 Petrus autem & ceteri eadem ratione in singulis ur-  
 bibus, qui sacris rebus præessent, præcibebant. A  
 Romanis denique Antistitibus in oriente multarum  
 in occidente omnium pene ecclesiarum primi Pon-  
 tifices constituti sunt. Id semper obtinuit, ut si qua  
 sedes constitueretur, Pontificem arbitratu Romani  
 acciperet. Sed & si scientes prudentesque indignum  
 aut incapacem eligant, vel si intra tempus consti-  
 tutum non eligant. Proximus Pontifex major con-  
 fert, consecratque quem vult non sine multorum  
 concilio. Sæpe etiam vel personarum, vel locorum,  
 vel temporum causa Pontifex Maximus impedi-  
 mento fuit electioni, aut confirmationi; ac sibi col-  
 lationem reservavit *d*. Ad extremum cum liti-  
 bus omnes Ecclesiæ vexarentur; & non leves con-  
 tentiones, ac seditiones essent, ut taceam quæ per  
 sordes, & ambitum turpiter fierent; placuit omni-  
 um Pontificum constitutionem a singulis quibusque  
 Pontificibus Maximis sibi reservari (*e*). Excipiun-  
 tur

D 2

Justinian. Novell. 123. Anselm. lib. 6. cap. 4. *a* Idem Innoc. Decr. lib. 1. tit. 6. cap. 28. Greg. IX. eod. cap. 56.  
*b* Bonifac. VIII. in VI. lib. 1. tit. 6. cap. 45. *c* Regul. Cancell. I. *d* Nicæn. cap. 4. Anselm. lib. 6. cap. 48.  
 Grat. Dist. 64. cap. 1. Anacl. ep. 2. Burch. lib. 1. cap. 25. Grat. ead. Dist. cap. 2. Anselm. lib. 6. cap. 47. Ivo lib. 3. tit. 2.  
 cap. 2. Grat. Dist. 75. cap. 1. Arausic. cap. 20. Burch. lib. 1. cap. 30. Ivo lib. 3. tit. 2. cap. 13. Grat. Dist. 64. cap. 3. An-  
 cet. ad Gall. Burch. lib. 1. cap. 28. Ivo lib. 2. tit. 3. cap. 3. Anselm. lib. 6. cap. 24. Grat. ead. Dist. cap. 4. Luc. III. Decr.  
 lib. 1. tit. 11. cap. 6. Innoc. ep. 2. cap. 1. Anselm. lib. 6. cap. 5. Grat. ead. Dist. cap. 5. Gelas. Anselm. lib. 6. cap. 36.  
 Grat. ead. D. c. 6. Martin. Brach. cap. 2. Grat. ead. Dist. cap. 7. Nicæn. cap. 6. Anselm. lib. 6. cap. 37. Grat. ead. D. c. 8.  
 Greg. ad Aug. cap. 8. Ivo lib. 3. tit. 2. cap. 9. Grat. Dist. 80. cap. 6. Martin. Brach. cap. 3. Grat. Dist. 65. cap. 2. An-  
 tioch. cap. 23. Grat. ead. Dist. cap. 3. Arelat. II. cap. 5. Burch. lib. 1. cap. 27. Ivo lib. 3. tit. 2. cap. 8. Decr. lib. 1. tit. 11.  
 cap. 7. Toleran. IV. cap. 18. Grat. Dist. 51. cap. 5. Carthagin. IV. Burch. lib. 1. cap. 8. Grat. Dist. 23. cap. 2. Laodic.  
 cap. 12. Burch. lib. 2. cap. 9. Grat. Dist. 24. cap. 4. Leo ep. 90. cap. 1. Burch. lib. 1. cap. 11. Anselm. lib. 6. cap. 68.  
 Grat. Dist. 62. cap. 1. *e* Chalced. cap. 25. Burch. lib. 1. cap. 24. Anselm. lib. 6. cap. 35. Grat. Dist. 75. cap. 2.

tur tamen Germaniæ Pontifices ex fœdere cum Germanis inito: item Galli, atque Hispani ex privilegio Regum, ac conventionem, & si qui alii simili privilegio, pacto vel consuetudine utuntur. Sed illa de qua dicere cœpimus, libera collatio cum ad Pontificem Maximum pertinet, non sine fratrum concilio fit. Cum quibus uni ex eisdem Cardinalibus antea cura delegata examinare solet an ex legibus Pontifex ille illi urbi præfici debeat. Eadem cautio est, cum ex præsentatione, vel nominatione Regum Pontifices instituuntur, vel cum electi confirmantur. Nunc de consecratione dicendum est. Ejus autem origo ab ipsis Apostolis ducitur. Namque ut a duobus, tribusve Episcopis ordinetur, primo Apostolorum canone scribitur: & Jacobus, primus Hierosolymorum Pontifex, ut paullo antea dicebamus, a Petro, Joanne, & Jacobo Apostolis consecratus est. Postea statutum est, ut omnes ejusdem provinciæ Antistites conveniant, vel si omnes adesse nequeant, tres Episcopi ceteris per literas consentientibus ac Metropolitano auctore consecrent *a*. Intra tres menses ab eo die quo Pontifex designatus fuerat consecrationem fieri oportebat *b*: postea sex menses expectari receptum est (*c*). Quod si ea provincia, vel nullos, vel non tres habeat Pontifices, tum proximi quique accersantur (*d*). Patriarchæ quoque consensum, & Pontificis Maximi accedere oportere (*e*) antea dictum est. Consecrandi ratio ea est, ut posteaquam diligenter cognitum sit, electionem, atque confirmationem, vel alium ex his, quos supra scripsimus Pontifices creandi modum legitimum fuisse (*f*), inquiratur diligenter, ut septima generali Synodo scriptum est (*g*), consecrandus a Metropolitano, si in promptu habeat legem, sacros Canones & Evangelium & Apostoli librum, & an tum divinam Scripturam, eamque conservet, & doceat. Id in se facturum esse promiserit non consecratur. Tum autem dominica die (*h*) hora tertia diei (*i*), vel huic proxima hora (*k*), is qui Archiepiscopi munere fungitur, & Pontifex designatus missas celebret (*l*), & inter Epistolam & Evangelium consecratur (*m*). Duo Episcopi imponant manus, & teneant Evangeliorum codicem supra caput designari, tertius benedicat, ceteri, si qui sunt, manibus caput ejus tangant (*n*). Hæc vetus consecrandi forma omnibus Episcopis præter Romanum apta visa est. Is solus ante hymnum angelicum consecratur: solus missarum solemniam peragit, solus eodem die ordines clericorum augere potest *o*. Solus baculum, sive pedum,

sive lituum non accipit (*p*). Additur consecrando unguentum quo manus & caput tinguntur (*q*). Illa quoque insignia, baculus, annulus, sandalia, mitra, & si qua alia more majorum accipiuntur (*r*). Sacramenti denique formula Pontifici Maximo addicitur, cujus verba infra scripsimus. Ego N. Episcopus ab hac hora in antea fidelis ero Sancto Petro, Sanctæque Romanæ Ecclesiæ, dominoque meo Papæ, illi ejusque successoribus canonicè intrantibus. Non ero neque in concilio, neque in facto, ut vitam perdat, aut membrum vel capiatur mala captione consilium, quod mihi aut per se aut per litteras, aut per nuncium manifestabit ab ejus damnum nulli pandam. Papatum Romanæ Ecclesiæ, & Regulas Sanctorum Patrum adjutor ero ad defendendum, & retinendum salvo ordine meo contra omnes homines. Vocatus ad Synodum veniam, nisi præpeditus fuero canonica præpeditio. Legatum Apostolicæ Sedis, quem certum esse cognovero, ineundo & redeundo honorifice tractabo, & in suis necessitatibus adjuvabo. Limina Apostolorum singulis annis per me, aut per certum nuntium visitabo, nisi eorum absolvar licentia. Sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Evangelia. Consecrationem fieri in ea urbe cujus sacra Pontifici designato mandantur populo & clero præsentibus melius esset (*s*). Majoris tamen Antistitis voluntas sequenda est (*t*). Possit tamen consecratio impediri criminibus objectis, de quibus quarto libro cognoscet. Consequens est, ut de officio Episcopi videamus. Nihil est in hac vita, inquit Augustinus *u*, difficilius, & laboriosius, & periculosius Episcopi & Presbyteri, aut Diaconi officio; sed apud Deum nihil beatius, si eo modo militetur, quo noster Imperator præcipit. Ad Episcopum pertinent vel ea, quæ ordinis, vel ea quæ administrationis sunt. Ordinis sunt basilicarum consecratio, unctio altaris, confectio chris-matis, ordinum constitutio, sacrarum virginum benedictio *x*, chrismate baptizatum signare, quæ confirmatio dicitur; publice pœnitentem in missa reconciliare *y*, & si qua alia his similia sunt *z*. Administrationis sunt cetera, uti causarum cognitio civilium, criminalium, mixtarum omnium clericorum *aa*, item matrimonialium *bb*, & spiritualium, & quæ ab his emanant, etiam laicorum *cc*, visitatio *dd*, morum correctio, & verbi Dei prædicatio *ee*. Quæ cum ita se habeant non est cur dubitemus Episcopum a sacris sibi commissis, suaque provincia discedere non debere.

AN-

*a* Pelag. Burch. lib. 1. c. 25. Ivo lib. 3. tit. 2. c. 4. Anf. lib. 6. c. 84. Grat. D. 100. c. 1. *b* Sard. c. 6. Burch. lib. 1. c. 26. Grat. D. 65. c. 9. *c* Chalc. c. 28. Carth. II. c. 12. Grat. D. 65. c. 5. Leo IX. ad Afric. Episc. Clem. V. lib. 1. tit. 3. c. 5. Gr. lib. 1. ep. 30. seu c. 69. Anf. lib. 6. c. 26. Grat. Diff. 67. c. 10. Nicol. ead. D. c. 4. Idem Gr. lib. 4. c. 78. ep. 34. Grat. ead. D. c. 24. *d* Callixt. Grat. D. 62. c. 3. VIII. Syn. c. 22. Ivo lib. 3. tit. 2. c. 1. Ex ead. VIII. syn. act. 1. Gr. D. 63. c. 2. Greg. in gen. Synod. Ivo lib. 3. tit. 2. cap. 7. Anselm. lib. 6. cap. 83. Grat. caus. 1. q. 2. cap. 4. VII. Syn. c. 2. Grat. D. 38. c. 6. Adde Carth. III. c. 3. Grat. ead. d. c. 7. Carth. IV. Burch. lib. 1. c. 8. Grat. Dist. 23. c. 2. *f* Toler. IV. c. 18. Grat. D. 51. c. 5. Anacl. ep. 2. Ivo lib. 3. tit. 2. c. 5. Anf. lib. 6. c. 41. Grat. D. 75. c. 1. *g* Anacl. ubi supra. *h* Ordo Rom. Anf. lib. 6. c. 46. Grat. D. 75. in princ. *i* Theod. Burch. lib. 1. c. 221. Ivo lib. 3. tit. 2. c. 12. Inn. III. Decr. lib. 2. tit. 6. c. 28. *k* Inn. III. ubi supra. *l* Carth. IV. c. 1. & 2. Ivo lib. 3. tit. 2. c. 11. Anf. lib. 6. c. 49. Grat. D. 23. c. 7. *m* Inn. III. ubi supra. *n* Inn. III. Decr. lib. 1. tit. 15. cap. 1. *o* Idem ibid. Anacl. ep. 2. Ivo l. 3. tit. 2. c. 5. Anf. l. 6. c. 47. Grat. D. 75. c. 1. *p* Tolet. IV. c. 27. Burch. lib. 2. c. 192. Ivo l. 3. tit. 7. c. 5. Grat. caus. 11. q. 3. c. 95. Inn. III. c. un. in fin. lib. 1. tit. 11. in 3. coll. *q* Greg. Decr. tit. 24. cap. 4. *r* Carth. IV. Burch. lib. 1. c. 8. Grat. Dist. 23. c. 2. Aurel. c. 2. Burch. lib. 1. c. 12. *s* Tolet. IV. c. 18. Grat. Dist. 5. c. 15. *t* Inn. III. Decr. l. 5. tit. 1. c. 16. *u* August. ep. 148. Anf. lib. 6. c. 186. Grat. D. 40. cap. 7. *x* Isidor. Burch. lib. 3. c. 50. Ivo lib. 3. tit. 4. c. 1. Grat. D. 25. c. 1. *y* Leo ep. 86. Anf. lib. 7. c. 114. Grat. D. 68. c. 4. Inn. III. in conc. gen. c. 60. Decr. l. 5. tit. 31. c. 1. Inn. III. in conc. gen. c. 7. Decr. eod. c. 13. Clem. V. in conc. Vienn. *bb* Inn. III. in conc. gen. cap. 60. ubi supra. *cc* Bonif. VIII. in VI. lib. 1. tit. 4. c. 3. *dd* Honor. III. Decr. l. 1. tit. 31. c. 16. Bonif. VIII. in VI. l. 1. tit. 6. c. 7. Fab. ep. 2. Grat. caus. 3. q. 1. c. 6. Alex. ep. 2. Burch. lib. 1. c. 129. Grat. ead. q. c. 5. *ee* Clem. ep. 3. Grat. D. 25. c. 2. Evarist. ep. 2. Burch. l. 1. c. 99. Grat. caus. 7. q. 1. c. 11. Clem. ep. 1. c. 29. Burch. lib. 1. c. 226. Ex Syn. Joann. Decr. lib. 1. tit. 31. c. 1. Inn. III. in conc. gen. c. 7. Decr. eod. c. 13.

# ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS

BIBLIOTHECAE

GRAECA M. S. LATINA M. S.

MIXTA EX LIBRIS EDITIS VARIARUM LINGUARUM.

ANTONII AUGUSTINI

ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS

BIBLIOTHECAE

GRAECAE M.S. LATINAE M.S.

MIXTA EX LIBRIS EDITIS VARIARUM LINGUARUM.



# ANTONII AUGUSTINI

## ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS

### BIBLIOTHECA GRAECA MANUSCRIPTA.

#### THEOLOGICA

##### *Sacri Libri Vetustioris* *Scripturae.*



1 **B**EATI JOB liber, & in eum cathena enarrationum diversorum ex antiquis Patribus Dionysio Areopagita, Origene, Didymo, Gregorio Theologo, Basilio Caesariense, Joanne Chrylostomo, Gregorio Nyfeno, Cyrillo Alexandrino, Theophilo Alexandrino, Severo Antiocheno, Clemente Methodio, Juliano, Apolinario, Olympiodoro diacono, Evagrio, Theodoro Mopsuestia, Polychronio, & aliis.

*Præter verba sacrae scripturae, & expositiones sanctorum Patrum, sunt etiam & variae lectiones libri Job, & quaedam protheoriae initio cujusque capituli, & notæ præsertim asterisci ✕, & historiae coloribus depictæ.*

*Liber sane antiquus litteris majoribus scriptus in membranis annorum DECC. & ultra forma folii.*

- 2 DAVIDIS Regis Psalmodum liber.  
*Codex in membranis annorum CD. forma quadrati.*
- 3 DAVIDIS Regis iterum Psalmodum liber.  
*Codex in membranis annorum CD. minima forma enchiridii.*
- 4 DAVIDIS iterum Psalmodum liber acephalus.  
*Codex in charta annorum LX. forma quadrati.*
- 5 DAVIDIS iterum Psalterium Græce, & Latine.  
*Liber in charta annor. C. forma quadrati.*
- 6 DAVIDIS Psalterium versibus heroicis conscriptum ab Apolinario Syriæ Episcopo.  
*Liber in charta annor. CC. forma enchiridii.*
- 7 SALOMONIS Proverbiorum liber, & in eum cathena enarrationum sanctorum Patrum Basilii, Hippolyti Papæ Romæ, Origene, Didymi, Evagrii Philosophi, Epiphaniæ Episcopi Cypri, Joannis, Apolinarii, Chrylostomi, Polychronii, Diodori, Eusebii, Apollonii, Olympiodori, & Eustathii.  
Michael Glyca de Adam.  
Joannis Zonaræ monachi in tetrasticha Bea-

ti Gregorii Theologi Episcopi Nazianzeni expositio.

Nonni Panopolitæ interpretatio historiarum vel fabularum, quæ in invectivis Beati Gregorii Theologi adversus Julianum apostatam reperiuntur.

*Liber in charta recentibus litteris forma folii.*

8 SALOMONIS canticorum Cantica, & cathena enarrationum in ea diversorum sanctorum Patrum Gregorii Nyfeni, Cyrilli Alexandrini, Origene, Philonis Carpathii, Apolinarii, Eusebii Caesariensis, Didymi, Isidori, Theodoretæ, & Theophili, a PROCOPIO Christiano sophista collecta.

*Liber recens in charta forma folii.*

9 SALOMONIS canticorum Cantica, & cathena enarrationum in ea Theodoretæ præsertim, & Gregorii Nyfeni, Nili, Eusebii Maximi, atque Pselli etiam versibus politicis, sive plebeis.

Gregorii Nyfeni de sepultis sermo.

Theodori Archiepiscopi Edeseni practica capita C.

Nili Abbatis de virtutibus capita XXIV.

Hesychii presbyteri ad Theodulum de jejuniis, & de virtute.

Nili de oratione capita CL.

Maximi ad Helpidium presbyterum de dilectione capita XL.

Nicolai Cabasila de sacrificio Missæ cap. XLIII.

Theodori Metochitæ epistolæ ad diversos.  
Nicolai V. Pontificis maximi epistula ad Constantinum Imperatorem ex Latina lingua a Theodoro Gaza conversa.

*Liber recens in charta forma folii.*

#### *Sacri Libri Recentioris* *Scripturae.*

- 10 MATTHÆI, Marci, Lucæ & Joannis Evangelia sacrosancta.  
*Liber in membranis annor. D. forma grandiori enchiridii.*
- 11 MATTHÆI, Marci, Lucæ, & Joannis iterum Evangelia, capitibus distincta, ut per annum leguntur in divinis officiis.  
*Liber annorum CCC. forma grandiori quadrati.*
- 12 LUCÆ Evangelistæ sanctorum Apostolorum acta.  
Jacobi, Petri, Joannis, Judæ, & Pauli epistolæ omnes cum argumentis.

- Liber in membranis annor. d. forma quadrati.*  
 13 LUCÆ Evangelistæ iterum sanctorum Apostolorum acta.  
 Jacobi, Petri, Joannis, Judæ, & Pauli epistulæ canonicæ.  
 Joannis Evangelistæ Apocalypsis fragmentum.  
*Liber sine capite in membranis annorum d. forma minori enchiridii.*  
 14 LUCÆ Evangelistæ sanctorum Apostolorum item acta, cum variis scholiis, & expositionibus in margine.  
 Menologii pars sanctorum Maii, & Augusti proprios dies festos, vitas, martyriaque breviter continens.  
*Liber in membranis annorum cd. & ultra forma folii.*  
 15 PAULI Apostoli fragmentum epistularum, quarum prima  
 Ad Romanos sine principio continet capita xx.  
 Ad Corinthios prior capita vii.  
 Ad Corinthios altera capita x.  
 Ad Galatas capita xii.  
 Ad Ephesios capita x.  
 Ad Philippenes capita vii.  
 Ad Colossenses capita x.  
 Ad Thessalonicenses prior capita vii.  
 Ad Thessalonicenses posterior capita vi.  
*Præter sacra verba Pauli, initio cujusque epistulæ argumenta ponuntur, numerus versuum, & summa capita, quæ habent etiam alias particulares subdivisiones propria asterisci nota ✕ distinctas.*  
*Liber antiquus in membranis annorum d. & ultra forma minori quadrati.*

*Prisci Patres Sacrorum Librorum Explanatores & alia eorum opera*

PHILO JUDEUS.

- 16 Philonis Judæi opera pulcherrimis characteribus diligenter scripta, duobusque distincta voluminibus, in quorum primo pulchriori hæc sunt capita  
 De circumcitione.  
 De monarchia.  
 De præmiis, & honoribus sacerdotum.  
 De animalibus idoneis sacrificio, & de generibus sacrificiorum.  
 De victimis offerentibus.  
 De iis, qui mutato nomine appellantur, & qua causa.  
 De allegoria sacrarum legum.  
 Quis divinarum rerum sit heres.  
 De præmiis, & pœnis.  
 De execrationibus.  
 De fortitudine.  
 De vita Mosis.  
 De opificio mundi.  
 De decalogo.  
 De creatione Principis.  
 Quod liber sit, quisquis virtuti studet.

- De vita contemplativa, sive supplicum virtutibus.  
 De mercede meretricis in sacrarium non accipienda.  
 De legibus specialibus, quæ ad duo capita referuntur.  
 De homicidiis.  
 De iis, qui servos occidunt.  
 Ne sint mulieres impudentes.  
 Vita civilis, sive de Joseph.  
*Liber in charta annorum lx. forma folii.*  
 17 Philonis Judæi alterum volumen hæc continet capita.  
 Historia contra Flaccum, sive de providentia.  
 Historia contra Cajum.  
 De Judice.  
 De sacrificiis Abelis, & Caini.  
 De Cherubin.  
 De agricultura.  
 Quod divinum immutabile.  
 De Gigantibus.  
 De migratione Abraham.  
 De congressu quærendæ eruditionis causa.  
 De iis, quæ post sex dies.  
 De eo, quod a Deo mittantur somnia.  
 Vita sapientis per doctrinam perfecti, sive de legibus non scriptis.  
*Liber in charta annorum lx. forma folii.*  
 ATHANASIUS ALEXANDR.  
 18 Athanasii Archiepiscopi Alexandrini brevis explicatio in l. primos Psalmos Davidis.  
Ejusdem de vita monachorum orientalium, & S. Martini, ejusque virtutibus dialogi tres, quorum personæ Severus ipse, Postumianus, atque Gallus scholasticus.  
Incerti obitus, & translatio S. Martini.  
S. Britii Episcopi successoris S. Martini vita.  
S. Gregorii Turonensis de miraculis S. Martini liber.  
*Liber in membranis annorum cd. forma quadrati.*
- 198 Severi Sulpicii iterum de vita, & virtutibus S. Martini Episcopi libri, & dialogi.  
Versus in foribus cellarii S. Martini, & in ejus basilica, & sepultura, atque item solemnitates ejusdem basilicæ.  
Anitii Boerii Manlii Severini Exconsularis Patriicii liber de disciplina scholarium, qui appellatur a Beda, Spectaculum scholarium.  
B. Thomæ martyris Cantuariensis primi Archiepiscopi vita, & miracula incerto auctore.  
*Liber in membranis annorum cc. forma quadrati.*
- HILARION MONACHUS.  
199 Abasi martyris vita ab Hilarione monacho Veronensi conscripta ad Joannem Melinum Pontificem Urbenensem carmine.  
*Libellus in membranis annorum c. forma quadrati.*

## JACOBUS VORAGO.

- 200 Jacobi Episcopi Januensis, qui cognominatur Vorago, de vita, & gestis sanctorum volumen, quod Legendam Auream, sive speculum sanctorum aut historiam Lombardicam appellant.  
*Liber in membranis annorum plus centum forma folii.*
- 201 Jacobi de Voragine ordinis Prædicatorum iterum legenda sanctorum imperfecta. Fratris Hildebrandini quadragesimale.  
*Liber in membranis annorum c. l. forma minori quadrati.*
- 202 Jacobi de Voragine iterum vitæ sanctorum imperfecta.  
*Liber in membranis annorum c. O ultra forma folii.*
- 203 Jacobi de Voragine iterum sanctorum vitæ.  
*Liber in membranis annorum plus centum forma quadrati.*
- 204 Jacobi de Voragine iterum sanctorum vitæ.  
*Liber in membranis annorum plus c. forma quadrati.*
- 205 Vitæ, & passiones martyrum, gesta que varia sanctorum duobus voluminibus ex vetusto codice S. Mariæ majoris Urbis.  
*Prioris vitæ sequuntur.*  
Leonis Junioris Romani Pontifici Siculi vita.  
Processi, & Martiniani martyrum passio.  
Viti, Modesti, & Crescentiæ passio.  
Joannis, & Pauli martyrum passio.  
Basilidis martyris passio.  
Barnabæ Apostoli passio.  
Erasmi eremitæ in monte Libano vita, & passio.  
Primi, & Feliciani martyrium.  
Petronillæ martyrium.  
Marcellinæ presbyteri, & Petri exorcistæ passio.  
Restituti martyris passio.  
Nerei, & Achillei, atque Domitillæ cum aliis passio.  
Gordiani, & Epimachi martyrium.  
Michaelis Archangeli festivitas.  
Alexandri primi Pont. Rom. passio, & Eventii, Theoduli, Juvenalis, atque Hermetis.  
Marthæ Apostoli natalis, & passio.  
Philippi Apostoli passio.  
Jacobi Alpei, sive Minoris, cognomento Justii, vita, & passio.  
Gervasii, & Protasii, Vitalis, & Valeriæ martyrium.  
Sanctorum xl. natalis die ix. mensis Martii.  
Valentini Episcopi natalis.  
Agathæ virginis passio.  
Cyri, & Joannis vita, & passio.  
Stephani protomartyris inventio corporis.  
Marii, Marthæ, Audifacis, & Habacuc passio.  
Margaritæ virginis passio.  
Marcelli Papæ, & aliorum passio tempore Maximiani.  
Luciæ virginis passio.  
Stephani protomartyris translatio ex Constantinopoli in Urbem.  
Stephani item translatio de Hierusalem in Constantinopolim.

Tom. VII.

- Joannis Apostoli, & Evangelistæ vita, & passio.  
Stephani protomartyris passio ex actibus Apostolorum.  
Gregorii Spoletini passio.  
Sabini Episcopi passio, bis.  
Eutathii, & sociorum passio.  
Christinæ virginis passio.  
Symphorose cum septem filiis passio.  
Praxedis, & Pudentianæ virginum vita.  
Filicitatis, & filiorum ejus passio.  
Rufinæ, & Secundæ passio.  
Damasi Papæ vita.  
Martini Papæ primi vita, & martyrium.  
*Liber recens in charta forma folii.*  
*Alterius voluminis vita sequuntur.*
- 206 Cyriaci, & sociorum passio.  
Tryphonis, & Respicii passio.  
Nymphæ virginis passio.  
Sulannæ passio.  
Eupli martyris passio.  
Felicitatis, & Audacti passio.  
Sabinæ martyris passio.  
Dafrosæ, Faustii, Dimitriæ, & Bibianæ cum aliis passio.  
Felicitatis, & Eusebii passio.  
Casarii diaconi, & martyris passio.  
Tiburtii, & Valeriani festivitas, & passio, itemque Cæcilie.  
Simonis, & Judæ Apostolorum passio.  
Chrystanti martyris passio.  
Marci Papæ Romani vita.  
Sergii, & Bacchi passio.  
Sophiæ, & filiarum passio.  
Cornelii Papæ passio.  
Donati cum xl. fratribus passio.  
Genesii martyris passio.  
Aureæ virginis passio.  
Hippolyti Episcopi Portuensis passio.  
Eusebii presbyteri passio.  
Timothei Antiocheni passio.  
Symphoriani martyris passio.  
Hippolyti, & sociorum passio.  
Calliani martyris passio.  
Tiburtii martyris passio.  
Romani militis, & martyris passio.  
Xysti Papæ, Felicissimi, & Agapiti, atque Laurentii passio.  
Dignæ, & Meritæ virginum passio.  
Nicomedis, & Feliculæ martyrum passio.  
Remigii Episcopi vita ab Hincmaro Archiepiscopo Remensi nomine Caroli Magni consecrata ad ecclesiam Ravennatensem.  
Felicitatis, & filiorum ejus passio.  
Saturnini, & Sifanii, & sociorum passio.  
Hadriani martyris passio.  
Nicolai Maniacutiz de imagine Lateranensis palatii.  
Cæcilie virginis passio.  
Cosmæ, & Damiani passio.  
Mauricii, & sociorum passio.  
Theclæ, virginis, & protomartyris passio.  
Ægidii confessoris vita.  
Hermetis martyris passio.  
Callixti martyris passio.

M

Do.

- Donati martyris vita.  
 Agapiti martyris passio.  
 Stephani Papæ, & Boni, Mauri, Fausti, & aliorum passio.  
 Abdonis, & Sennis festum, & passio.  
 Chryfogoni martyris passio, & Anastasie.  
 Laurentii levitæ passio.  
 Simplicii, Faustini, & Beatricis, atque Seraphiæ passio.  
 Euphemie virginis passio.  
 Bernardi confessoris historia, cujus translationis festum in Roca arcis celebratur prid. Id. Octobris.  
 Juliani martyris festum.  
 Joannæ Calefatæ Majoricensis vita a Michaele Thomasio conscripta, & ejusdem alia notata de quibusdam mulieribus hujus sæculi pie viventibus.  
 Silvestri Papæ gesta exscripta ex codice vetusto Abbatie Nonantulæ, ubi corpus ipsius jacet, & templum nomini ejus dicatum est: *Eusebius Cæsariensis auctor dicitur fuisse horum gestorum Silvestri in libris xx. passionum omnium provinciarum martyrum, & Episcoporum confessorum, sacrarumque virginum, ac mulierum: quo item loco nomina, & gesta omnium Episcoporum a Petro Apostolo continebantur, præsertim quinque ecclesiarum patriarchalium. Quis vero Latina hæc Silvestri gesta fecerit, incertum est: constat tamen religiosum virum fuisse ædium Nonantulæ.*  
 Sebastiani, Zoæ, Tranquillini, Tiburcii, Castuli, Marcelliani, & Marci, & aliorum gesta duobus libris.  
 Urbani primi Papæ Romani, & martyris, atque aliorum passio.  
 Xysti, Felicissimi, Agapiti, & Laurentii passio.  
 Bibianæ virginis, & Restitutæ martyrum passio.  
 Nazarii, & Celsi passio.  
 Servandi, & Germani passio.  
 Theodoriti martyris passio.  
 Crispini, & Crispiniani passio.  
 Simonis Chanaani, & Judæ Zelotis Apostolorum passio.  
 Quinctini martyris passio.  
 Eustachii martyris passio, & sociorum.  
 Ursulæ virginis passio.  
 Thomæ Persei Angli Comitum Northumbriæ martyrium anno MDLXXII.  
 Alexandri tertii de confirmatione ordinis militiæ S. Jacobi de Spatha bulla.  
*Liber recenter scriptus in charta forma folii.*

### Divina & Humana Historie Libri.

#### EUSEBIUS.

- 207 Eusebii Cæsareæ Palestinæ Episcopi chronicon B. Hieronymo interprete, a quo auctum ad finem Valentis.  
 Prosperi profectio chronici ad captam Romam sub Valentiniano, & Marciano.  
 Sigeberti monachi Gemblacensis a Theodosio ad annum MCXIV. & incertus auctor ad MCLV.

Hugonis de S. Victore Parisiensis chronicon breve de operibus sex dierum: *initio voluminis post prologum S. Hieronymi in Eusebium existat.*

*Liber in membranis annor. CCL. forma folii.*

#### O ROSIUS.

- 208 Pauli Orosii presbyteri Hispani adversus paganos historiarum libri VII. ab initio mundi ad ejus tempora, hoc est, per annos VDCXVIII. *Hoc chronicon de Hormesta mundi vulgo inscribi solet.*

S. Joannis Damasceni liber gestorum Barlaam, & Josaphat servorum Dei, incerto interprete. *Liber in membranis annorum CC. forma folii.*

#### DAMASUS.

- 209 Damasi Hispani Papæ Romani ad B. Hieronymum vitæ, & gesta Romanorum Pontificum a B. Petro, & ab aliis adjuncta usque ad Joannem XXII.

*Quædam excerpta ex codice vetusto monasterii Cavenensis, in quo existant varia gesta, & vitæ Romanorum Pontificum.*

*Liber in charta recentib. litteris forma folii.*

#### ANASTASIUS.

- 210 Anastasii Apostolicæ bibliothecæ custodis ad Joannem levitam historia Pontificum, collecta tempore Nicolai primi præcipue ex Nicephori chronographia, atque ex Georgio, & Theophane, Theodirito, Socrate, Sozomene, & Eusebio scriptoribus historiæ ecclesiasticæ.

*Liber recens in charta forma folii.*

#### ÆNEAS SILVIUS.

- 211 Æneæ Silvii Senensis, qui Pius Papa II. appellatus fuit, rerum sui temporis in Italia gestarum libri XII. & historia Germanica.

*Volumina duo recenter descripta in charta forma folii.*

#### JOANN. ARAGONIUS.

- 213 Joannis Cardinalis Aragonii Pontificum historia a Leone IX. exordiens anno MD.

*Liber in charta recenter descript. forma folii.*

#### JOANNES CUROPALATES.

- 214 Joannis Curopalatis epitome historiarum a morte Nicephori Imperatoris usque ad Isaacium Comnenum incerto interprete sive Joann. Baptista Gabio.

*Liber in charta recenter scriptus forma folii.*

#### MARTINUS POLONUS.

- 215 Martini Poloni Archiepiscopi Consentini, Pœnitentiarii Apostolici, ordinis fratrum Prædicatorum chronicon Pontificum Romanorum & Cæsarum ad Innocentium Papam, quod desinit in Othonis.

*Liber in charta annorum C. forma minori folii.*

#### ARISTEAS.

- 216 Aristæ de LXXII. interpretibus libellus ad Philocratem fratrem, interprete e Greco Matthia Palmiero Pisano ad Paulum II. Venetum Pont. Max.

*Liber in membranis annorum C. & ultra forma minori quadrati.*

## PETRUS COMESTOR.

- 217 Petri Comestoris presbyteri Trecentis historiae scholasticae libri xx. sive in omnes sacros historiales libros ad Guilhelmum Senonensem Archiepiscopum.  
*Liber in membranis annorum cc. forma folii.*

*Historia Evangelica.*

- 218 Incerti auctoris historia Evangelica, cujus initium, MORTUO Simone, qui ultimus quinque filiorum Matthiae, &c.  
*Liber in membranis annorum ecl. forma quadrati.*

## SUTERIUS.

- 219 Suterii, sive potius incerti itinerarium Hierosolymorum, vel de expeditione sacra contra Turcas, & Saracenos ad Hierosolymam recuperandam, quae capta fuit anno salutis MXCIX. sub Urbano II. duce Godfredo Bullonio, & aliis, ac Petro Hispano eremita instigatore. Initium est, CUM jam appropinquasset ille terminus, quem Dominus Jesus, &c.  
*Loci Hierosolymitani insignes, oratoria, & alia pia notantur ad eos, qui Hierusalem adire voluerint.*

Ricardi Regis Anglorum ad Abbatem Clarevallen. epistula de destructione civitatis sanctae Hierusalem.

Bernardi Abbatis Clarevallen. prologus in vitam S. Malachiae Episcopi, cujus initium tantum exstat.

*Liber, sive fragmentum in membranis annorum ccl. forma quadrati.*

## RODERICUS TOLETANUS.

- 220 Roderici Praefulis Toletani chronicon rerum in Hispania gestarum.  
*Liber in membranis annorum cl. forma minori folii.*
- 221 Roderici ex chronico Hispaniae epitome, sive breviarium incerto auctore.  
*Liber in membranis annorum cc. forma enchiridii.*
- 222 Roderici item ex chronico excerpta, atque ex aliis auctoribus de statu Hispaniae ab initio mundi usque ad ejus tempora.  
Anselmi Cantuariensis Archiepiscopi in Anglia ex libro, qui inscribitur Imago mundi, excerpta. Ad instructionem multorum, quibus deest copia librorum, &c.  
Guilhelmi de Nausis S. Dionysii in Francia monachi epitome historiarum ab exordio mundi usque ad annum Domini MCXIV.  
Siciliae Regum genealogia.  
*Liber in charta anno MCDXXXVI. scriptus forma folii.*

## FLORES TEMPORUM.

- 223 Incerti Sacristae ordinis fratrum Minorum chronicon inscriptum, Flores temporum.  
*Liber in membranis annorum ccc. forma minori quadrati.*

*Cartusianorum Statuta.*

- 224 Cartusienensis ordinis statuta, & consuetudines.

*Liber in membranis annorum cc. forma enchiridii.*

- 225 Cartusienensis ordinis item statuta, consuetudines, & caeremoniae.

*Libellus recens in charta forma enchiridii.*

*Romanae, & externae historiae Libri.*

## LIVIVS.

- 226 T. Livii Patavini historiae Romanae ab U. C. prima tantum decas belle scripta ex Bibliotheca Regis Alfonso.  
*Liber in membranis annorum cc. forma grandiori folii.*

## DIODORUS.

- 227 Diodori Siculi bibliothecae sive historiarum omnium temporum fragmenta a libro XIII. ad XX. incerto interprete.  
*Liber recens in charta forma folii.*

## SALLUSTIUS.

- 228 C. Sallustii Crispi Jugurtha.  
*Liber partim in membranis, partim in charta, annorum c. & ultra forma quadrati.*

## EUTROPIUS.

- 229 Eutropii presbyteri Romanorum historiae libri sex, quibus deest finis.  
*Liber in membranis annorum cc. & ultra forma quadrati.*

## SUETONIUS.

- 230 Suetonii Optatiani Tranquilli de vita, & moribus XII. Caesarum a C. Julio ad Domitianum.  
*Liber in membranis pulcherrime scriptus anno MCDXIII. forma minori folii.*  
Suetonii iterum vitae Caesarum.  
*Infra cum epistulis Ciceronis ad familiares.*

## JUSTINUS.

- 231 Iustini ex Trogi Pompeii historia externa epitome a tempore Nini Regis Assyriorum usque ad Christi Domini N. adventum.  
*Liber in membranis annorum cc. forma folii.*
- 232 Iustini iterum ex libris XLIV. historiae externae Trogi Pompeii epitome.  
*Liber in membranis scriptus anno MCDLXV. forma minori folii.*

## VAL. MAXIMUS.

- 233 Valerii Maximi exemplorum libri IX. ex variis historiis collecti, & in certos locos collecti.  
*Liber in membranis annorum cc. forma quadrati.*

## LAERTIUS.

- 234 Diogenis Laertii de vita, & decretis eorum, qui in Philosophia claruerunt, libri X. Ambrosio Florentino Camaldulensium generali Abbate interprete, ad Cosmam Medicem.  
*Liber in membranis anno MCDXLII. scriptus forma folii.*

*Posteriores Historici auctor incertus de bello Trojano.*

- 235 Incerti de bello Trojano libri XXX. quibus deest

deest initium, & item finis. Tertio libro titulus est, De Medea instruente Jasonem de aurei velleris certamine, &c. Contextus vero libri sequitur, JAM diei medium sol post terga reliquerat, &c.

*Liber in charta annorum c. & ultra forma quadrati.*

## P E T R A R C H A.

- 236 Francisci Petrarchæ Etrusci Florentini virorum illustrium epitome a Romulo ad C. Cæsarem.

*Liber in membranis annorum cl. forma folii.*

## J A C. B E R G O M E N S I S.

- 237 Jacobi Philippi Bergomensis ordinis eremitarum S. Augustini ad Beatricem Aragoniam Hungarorum & Bohemorum Reginam opus de clarissimis, selectisque mulieribus.

*Liber in charta annorum lxxx. forma folii.*

## B O C A C I U S.

- 238 Joannis Bocacii de Certaldo Florentini virorum illustrium libri ix.

*Liber in membranis annorum plus centum forma folii.*

- 239 Bocacii item de claris mulieribus opus ad Joannam Hierusalem, & Siciliae Reginam.

Francisci Petrarchæ epistolæ aliquot.

*Liber in charta annorum c. forma folii.*

## I N C E R T U S.

- 240 Incerti dialogus, cujus personæ Sanctes, & Benedictus, de vetustissimo Hispaniarum regno ad Joannem Hispalensem.

*Libellus nullius momenti recenter scriptus in charta forma quadrati.*

Historici Hispano  
sermone.

- 241 Didaci Henrici Castellæ Regii sacerdotis, & a consiliis chronicon, sive historia rerum gestarum ab Henrico iv. Rege hujus nominis postremo.

*Liber in charta annorum l. forma folii.*

- 242 Chronicon rerum in Hispania gestarum ex diversis scriptoribus jussu fratris Garciæ de Eugui Bajoaræ Episcopi collectum antiquo sermone.

*Liber in charta annorum l. forma folii.*

## JUS PONTIFICIUM.

Sacrorum Apostolorum  
Canones.

- 243 **C**ANONES lxxxiv. sanctorum Apostolorum Gregorio Haloandro interprete.

Pontiani Papæ epistula decretalis ad Scribonem, & altera de fraterna dilectione, & vitandis malis.

Anteri Papæ decretalis ad Episcopos provinciarum Boeticæ, & Toletanæ.

Fabiani Papæ epistolæ tres.

Cornelii Papæ decretales duæ.

Lucii Papæ epistula ad Episcopos occidentales tam Galliarum, quam Hispaniarum.

Stephani Papæ decretales epistolæ duæ.

Xysti Papæ II. decretales duæ.

Dionysii Papæ epistolæ duæ.

Felicis Papæ I. epistolæ decretales tres.

Eutychiani Papæ epistolæ decretales duæ.

Cai Papæ epistula decretalis ad Felicem Episcopum.

Marcellini Papæ decretales duæ.

Marcelli Papæ epistolæ decretales duæ.

Eusebii Papæ epistolæ decretales tres.

Miltiadis Papæ decretalis ad quosdam Episcopos Hispaniarum.

Constantini Imperatoris edictum de donatione facta Silvestro Romano Pontifici, & ejus successoribus, ac omnibus catholicis Episcopis. Nicæni concilii præfatio, fides, canones xx. symbolum fidei, & subscriptiones cccxviii. Episcoporum.

Silvestri Papæ I. decreta x. in concil. Romano, TEMPORIBUS, &c.

Ejusdem canones xxiv. quorum initium, EODEM tempore cum multi nobiles, &c.

Constantinopolitani concilii primi universalis capita vii. sive canones, & subscriptiones.

Ephesini concilii primi tempore Cælestini Papæ I. epistolæ, acta, & decreta.

*Liber in charta forma grandiori folii.*

Concilia Sacra Œcu-  
menica.

- 244 Nicæni concilii primi universalis canones lxxx. ex Arabico conversi.

Alia editio, sive interpretatio canonum concilii Nicæni ex Arabico, cum censura, & concordia eorundem Antonii Augustini Archiepiscopi.

Chalcedonensis, sive iv. concilii universalis pars actorum, vel synopsis, *ex codice antiquo S. Mariæ supra Minervam.*

Constantinopolitanæ synodi universalis vi. pars item actorum adversus Monothelitas, *ex eodem codice.*

Pelagii secundi ad Benignum epistula.

De Regibus Gothorum chronicon.

Zachariæ Papæ epistolæ aliquot.

Francica synodus sub Carolomanno.

Zachariæ Papæ synodus Romana.

Bonifacii Episcopi, & martyris epistolæ ad Zachariam, & alios Pontifices, cum responsis eorundem.

Romanorum Pontificum professio ex diurno.

Nicolai I. epistolæ lxx. *ex codice per veteri Achillis Statii partim exscriptæ, partim ex alio antiquo S. Mariæ supra Minervam, qui fuit Cardinalis Turriscremata.*

Gregorii iv. epistula ad Episcopos Galliarum, Germaniarum, Europæ, & aliarum provinciarum, *ex codice S. Mariæ.*

Benedicti Papæ epistolæ duæ, *ex eod. codice.*

*Liber recens in charta forma folii.*

- 245 Nicæni concilii canones incerto interprete,

- ex libro Tridentino veteri, ex quo item descripta sunt, quæ sequuntur.*  
 Chalcedonensis concilii canones, Sardicenis, Neocæsariensis, & Ancyrani.  
 Damasus, & synodus Romana.  
 Athanasii epistula ad clerum Alexandrinum.  
 Chalcedonensis concilii canones, *ex vetusto libro Achillis Maffæi, ex quo item descripta sunt, quæ sequuntur.*  
 Constantinopolitani primi concilii generalis canones.  
 Antiocheni, & Carthaginiensis conciliorum canones.  
 Sardicenis concilii subscriptiones.  
 CP. synodi VIII. universalis regulæ, sive canones, incerto interprete sub Hadriano II.  
*Liber in charta recenter descriptus forma folii.*  
 246 Ephesinæ synodi universalis, quæ tertia dicitur, acta incerto interprete, quæ differunt a vulgari editione.  
*Liber in charta annorum L. forma folii.*  
 247 Nicæni concilii posterioris, quod VII. universale dicitur, acta sub Hadriano Minore interprete Anastasio bibliothecario ad Joannem VIII. Pont. Max.  
*Volumina duo recenter scripta in charta forma folii.*  
 249 CP. synodi VIII. sub Hadriano II. acta contra  
 250 Photium, Anastasio bibliothecario interprete.  
*Volumina duo recenter scripta in charta forma folii.*  
 251 Constantiensis concilii universalis acta, & decreta sub Martino V. Papa, quæ differunt a vulgari editione.  
*Liber in charta annorum LX. forma folii.*  
**Concilia Provinc. Gallie.**  
 252 Aquisgranense concilium magnum sub Ludovico anno incarnationis DCCCXVI.  
*Liber in membranis annorum CD. forma minori folii.*  
 253 Vernopalatii synodus sub Pipino Rege.  
 Sueffionensis synodus anno II. Childerici sub Pipino.  
 Paulini Episcopi ad Carolum Regem epistula.  
 Forojulienense concilium sub Carolo, & Pipino.  
 Hadriani Papæ ad Carolum Regem de imaginibus responsa.  
 Theodulphi capitula ad presbyteros Aurelianienses.  
 Ludovici, & Lotharii epistula cæsarea ad fideles omnes sanctæ Dei ecclesiæ.  
 Parisiaca synodus iussu Imperatoris Ludovici, & Lotharii ejus filii.  
 Epistula Episcoporum ad Ludovicum, & Lotharium, & quædam capitula ad fidelium observationem, & salutem pertinentia.  
 Leonis IV. epistulæ duæ ad Episcopum Trecacenæ ecclesiæ, & ad Episcopos Britannicæ.  
 Synodus apud urbem Valentiam.  
 Tullense concilium.  
 Carpentoratensis synodus tempore Liberii Papæ.  
 Arausiaci concilii canones.  
 Regiensis synodi canones sub Theodosio.  
 Aurelianensis concilii canones tempore Clodovei Regis primi.  
 Aurelianienses item canones tempore Childeberti Regis.  
 Alia synodus Aurelianensis tempore ejusdem Childeberti, & alia post mortem Theodori Regis.  
 Veneticæ ecclesiæ canones.  
 Vafensis concilii canones D. Junio Cos. tempore Liberii Papæ.  
 Epauensis canones tempore Sigismundi Regis.  
 Turonenses canones Severino Consule III.  
 Matisconensis concilii I. & II. canones tempore Cunthramni Regis.  
 Cunthramni Regis ad Episcopos, qui in ea synodo fuerunt, de observando die dominico.  
 Telenense concilium tempore Syricii Papæ.  
 Parisiaci canones.  
 Altifiodorensis synodus.  
 Cabilonenses canones.  
 Nicolai Papæ epistulæ XVI.  
 Nicolai Papæ synodus Romana de Photii repulsione, & Ignatii restitutione, nec non de Zachariæ, ac Rhadoaldi Episcoporum depositione, & excommunicatione.  
 Nicolai item I. Papæ ad consulta Bulgarorum capita CVI. sive responsa.  
*Liber in membranis annorum D. forma folii.*  
 254 Andegavensis concilii capitula canonum.  
 Lemovicense, & Baturicense concilium.  
 Tullensis synodus.  
 Synodus sub Pipino.  
 Leonis IV. epistulæ.  
 Troslejanum concilium.  
*Liber recenter scriptus in charta forma folii.*  
 255 Theodulphi capitula ad presbyteros Aurelianienses.  
 Turonense concilium.  
 Pietaviensis concilii capitula.  
 Zachariæ Papæ concilium Romanum.  
 Eugenii III. in concilio Remensi capitula.  
 Hibernensis synodus sub Leone III.  
 Romanum concilium sub Callisto II.  
 Romanum concilium sub Paschale II. & aliud apud Guardastallum, & epistulæ, & canones.  
 Romanum concilium sub Innocentio II. & ejusdem decreta.  
 Urbani II. concilia apud Melphiam, Placentiam, & Clarmontem, & ejusdem epistulæ, & Trojana synodus in Apulia.  
*Liber recenter scriptus in charta forma folii.*  
 256 KAROLI Francorum Regis Capitularium liber septimus.  
 Karoli item Capitularium ex libro octavo, quæ sequuntur, *ex M. Antonii Mureti veteri codice.*  
 Tullensis concilii, sive Valentini sub Lothario capita quædam.  
 Joannis Papæ VIII. rescriptum de Ansegiso Senens. Archiepiscopo Legato.  
 Subscriptio Italicorum Episcoporum ad Carolum Imperatorem.

Caroli Imperatoris Ludovici F. capitula, ann. cMXXVII. quæ subscribuntur a Legatis Joannis Papæ, in quibus est Ansegisus, & Pontigonis fit mentio, ubi fuit concilium provincialium. Fulbertus Carnotensis de forma fidelitatis. Caroli Imperatoris capitula in synodo Sueffion. anno DCCCLIII. Lotharii Valentinianis adnuntiatio, itemque Caroli. Caroli in Silvaco alia capitula edita. Caroli capitula data missis suis anno DCCCLIV. Lotharii, & Caroli eodem anno adnuntiationes apud Leudicam. Consilium Episcoporum, & aliorum datum Carolo apud Badoilum ann. DCCCLVI. Capitula missa a Carolo Rege ad separatos anno eodem de Cariliaco. Alia capitula missa de Bassiu. Eiusdem Regis de synodo Carisiaca. Ex pastoralis B. Gregorii contra raptos itemque ex variis decretis. Caroli, & Ludovici Imperatorum capitula. Caroli, & nepotis ejus Lotharii adnotatio apud S. Quintinum Kal. Mart. ann. DCCCLVII. Acta apud Carisiacum palatium ann. DCCCLVIII. regni Caroli XVIII. ind. VII. die XII. Kal. Apr. Capitula missa ab Episcopis, qui convenerunt in Carisiaco palatio ex provinc. Remens. & Rothomag. per Wenilonem Archiepiscopum Rothom. & Episcopum Catalaunen. Ludovico Regi in Attiniaco palatio consistenti anno DCCXLVIII. mens. Novemb. De damnatione Caroli Pipini Regis patris propter rapinas ecclesiarum. De synodo apud Liptinas a Pipino, & Bonif. Metensis synodus sub Ludovico Rege, & Carolo fratre, & Lothario ann. DCCXLIX. ind. VI. die V. Kal. Jul. Caroli adnotatio alia. Episcoporum nomina, qui ann. DCCCLX. mens. Jul. convenerunt de pace inter Carolum, & Ludov. & Lothar. Alia capitula de eadem re. Ludovici Regis adnuntiationes lingua Theodisca apud Confluentem. Carolus Rex reversus a Confluente adnuntiat. Summa capitulorum apud Confluentem. Caroli edictum in Carisiaco anno DCCCLXI. Adnuntiationes trium Regum apud Sablonarias. Adnuntiatio Caroli apud Pistas, & multa capitula utilia. Capitula missa a Rege Carolo in Burgundiam. Metensis Episcopi capitula de morte Lotharii Regis, & electione Caroli. Capitula illic lecta ab Hincmaro Remens. De sancto Remigio, qui cælicus chrismate accepto unxit Clodoveum, sive Ludovicum. Aquisgranen. pactiones inter Carolum, & Ludovicum fratrem. INGELRAMUS Comes, &c. Divisio locorum Lotharii, & eorum nomina. Apud Grandulsi, cum Ludovicus pacta dirupisset, & se Ludovico Imperatori conjunxis-

set, professio Episcoporum & laicorum presentibus Legatis Ap. sedis Formoso, & Gaderico.

Capitula apud Carisiacum anno regni Caroli XXXIII.

Joannis Papæ de pallio, & alia ex libro Achil-  
lis Statii.

Trecense concilium Joannis Papæ, & Ludovici Imp.

Alexandri II. privilegium concessum Archiepiscopis Diocliensi, & Antibarensi.

Petri Damiani Card. Ostiensis disceptatio synodalis inter Regis advocatum, & Rom. ecclesie defensorem.

Severi Episcopi de miraculis S. Stephani, & de conversione Judæorum in Balearibus.

Caroli Magni Imperatoris divisio inter filios. Ludovici Imperatoris donatio ecclesie Rom.

Henrici Imp. privilegium.

Gelasii Papæ privilegium de exarchatu Ravennæ, & aliud Honorii Papæ.

Hieronymum fuisse presbyterum Cardinalem.

Privilegia Gregorii primi, Leonis, Gregorii IX. & Alexandri IV. atque Gregorii XI.

Gregorii XI. miracula Aretii.

S. Ambrosii sermones non editi.

Libellus de tribus epistulis Episcoporum circa gratiam, & liberum arbitrium, atque predestinationem, ex bibliotheca Fillerii.

Liber recens in charta forma folii.

## Concilia Provincialia Hispanie.

257 Toletani concilii XIII. pars, descripta ex Regia bibliotheca, ex qua descripta sunt etiam concilia, quæ sequuntur.

Toletana concilia XIV. XV. XVI. & XVII.

Emeritense concilium.

Toletani concilii V. confirmatio.

Toletani VI. subscriptiones.

Toletanum concilium anno XII. Reccaredi.

Toletanum sub Gundemaro anno Christi DCX. Barcinonenses synodi duæ.

Cæsaraugustana concilia duo.

Oscense concilium.

Egarense concilium.

Narbonense concilium.

Tarracon. provinc. epistula ad Hilarium Patrem imperfecta.

Liber recens in charta forma folii.

258 Toletanum concilium sub Gundemaro Rege anno Christi DCX.

Cæsaraugustanum tertium DCXCI.

Cæsaraugustanum secundum DCXII.

Toletanum anno XII. Reccaredi DCXVII.

Barcinonense primum circa DXL.

Barcinonense secundum DCCIX.

Oscense DCCVIII.

Egarense DCXIV.

Narbonense DCCCXIX.

Hæc quidem sub Gothis concilia; quæ vero sequuntur, post liberatam Hispaniam ab Arabum, & Maurorum juga habita sunt.

Le-



- Legionense anno Christi MXXII.  
 Cojacense ML.  
 Compostellana decreta MCXIV. a Didaco Gelmirio Episcopo edita.  
 Pallentinum MCXXIX.  
 Vallisoletana synodus MCCCXXII. a Guilhelmo Sabinen. Legato habita.  
 Pennifidelense concilium MCCCII. ab Ægidio Archiepiscopo Toletano.  
 Toletanum MCCCXXIII. a Jo. Archiepiscopo. Toletanum MCCCXXIV. ab eodem.  
 Complutense, sive apud Alcalam MCCCXXV. ab eodem.  
 Complutense aliud anno sequenti ab eodem. Toletanum MCCCXXVI. imperfectum.  
 Chronologia conciliorum Hispaniæ ante Arabum, & Maurorum adventum.  
 Chronologia Gothorum Hispaniæ Regum ex vetustis codicibus conciliorum, & Isidori libro de Gothis, atque Vulsæ Episcopi chronico collecta.  
*Concilia xx. Hispaniensi supra notata ex vetustis codicibus descripta missa fuerunt ad Gregorium XIII. Papam a Gaspare Quiroga tunc Episcopo Concheni, nunc Archiepiscopo Toletano, & Cardinali amplissimo, Joanne Baptista Perezio Canonico Toletano, viro erudito collectore, cujus item sunt chronologia.*  
 Fulgentii Carthagin. diaconi ex Gratiano, sive Ferrandi etiam Carthag. diaconi ex Cresconio libri x. canonum sanctorum Patrum, quorum primus de institutionibus clericorum disputat.  
 Leonis II. Papæ epistolæ quattuor, ex vetusto codice conciliorum Lucensi bibliotheca Regiæ.  
 Benedicti epistula ad Petrum notarium regionarium.  
 Incerti auctoris ecclesiæ Mutinensis collectio canonum ad Anselmum Archipræsulem, cujus initium, DOMINO magnifico.  
 Synodus Ravennæ habita tempore Joannis XII. sive IX. & Lamberti Imperatoris.  
*Liber in charta recenter descriptus forma folii.*  
 259 Conciliorum Eliberini, Tarraconensis, Gerundensis, Cæsaraugustani, Ilerdensis, & Valentini Hispaniæ variæ lectiones ex vetustis codicibus.  
 Conciliorum Toletanorum a primo ad XIII. variæ quoque lectiones.  
 Carthaginensium conciliorum Africa a primo ad VII. variæ lectiones atque etiam Milevitanæ.  
*Hæc item omnia labore, & studio Joannis Baptistæ Perezii Valentini, Canonici Toletani.*  
*Liber recenter scriptus in charta forma folii.*  
 260 Tarraconensis provinciæ constitutionum volumen tempore Joannis Patriarchæ Alexandrini, & administratoris collectum ex diversis suorum prædecessorum constitutionibus sub congruis titulis.  
 De concordia Reginæ Eleonoris, & Cardinalis Convenar.  
*Liber in charta annorum CL. forma folii.*  
 261 Jautridi de Biure Tarraconensis ecclesiæ Canonici scholia, & glossæ in constitutiones aliquot provinciales ad Joannem Archiepiscopum.  
 Jacobi de Monte Judaico J. C. Barcinonensis apparatus in usaticos Barcinon.  
 De practica usatici, SIMILI modo, & de jurisdictione Regiæ, & nominibus Baronum Catalonia.  
 De processu pacis, & treugæ.  
 Bertrandi de Seva in consuetudines Catalonia.  
 Bernardi Lunes de Castello, ad cujus jurisdictionem pertineat, & de reprefaliis.  
 Petri II. Regis constitutionum glossulæ, & Alfonso in curia Montisonis, & Jacobi II. in curia Barcinonensi, & Regis Alfonso in curia Montisalbi, itemque in alias constitutiones diversorum Regum.  
 De donatione facta ab Harno Palliarienti, Ripacurtienti, & Coleranensi Comite, & Marchione, Abbatæ S. Mariæ, & S. Vincentii Gerrentis cœnobii.  
*Liber in charta annorum C. forma folii.*  
 262 Francisci Patriarchæ Hierosolymitani, Episcopi, & administratoris perpetui sedis, & ecclesiæ Barcinonensis constitutionum, & ordinationum ejuldem ecclesiæ collectio anno MCDXXIV.  
*Liber in charta annorum CLX. forma folii.*  
 263 Francisci Rufati Canonici, & Vicarii generalis Barcin. tempore Michaelis Episcopi collectio constitutionum synodalium selecta ex antiquis, & usu abrogatis illius diocesis.  
 Tarraconensis provinciæ constitutiones quamplurimæ.  
 Joannis Patriarchæ Alexandrini & administratoris ecclesiæ Tarraconensis breves institutiones articulorum fidei, sacramentorum, virtutumque, & vitiorum ad instructionem clericorum.  
 Jacobi Regis I. diversa privilegia civibus & habitatoribus Barcinonensibus concessa ab anno MCCXXX. ad MCLXXIV.  
 Alia Regis Petri similia, Alfonso, Jacobi II. & eorundem pragmaticæ sanctiones.  
*Liber in charta annorum CC. forma folii.*  
*Epistulæ Pontificum Romanorum.*  
 PONTIANI, & aliorum Pontificum usque ad Miltiadem epistolæ. *Supra numero 243.*  
 264 Epistolæ diversorum Romanorum Pontificum a tempore Liberii, & Damasi ad Hormisdam, & Vigilium, ex libro Marcelli Papæ II. De schismate inter Damasum, & Urinum; initio codicis est.  
 Marcellini, & Faustini Luciferianorum libellus, de quo Gennadius in Faustino.  
 De constructione basilicæ S. Apostoli Pauli, & alia varia.

- 265 *Liber recens scriptus in charta forma folii.*  
Epistularum diversorum Pontificum aliud exemplum.

Ratio, quæ habita est de symbolo fidei in secretario B. Petri inter Leonem Papam, & Bernardum, ac Jesse Episcopos, seu Adalardum Abbatem milfos Caroli Imperatoris.

*Liber recens in charta forma folii.*

- 266 Gregorii I. registri epistularum libri XII.  
*Liber in membranis annorum CC. forma folii.*

- 267 Gregorii VII. registri epistularum libri X.

- 268 *Volumina duo recens scripta forma folii.*

- 269 Epistulæ diversorum Romanorum Pontificum ab Honorio Papa ad Innocentium II. ex libro Tridentino veteri.

*Liber in charta recens scriptus forma folii.*

- 270 Nicolai I. epistulæ XLIV. ex codice S. Mariæ supra Minervam, qui fuit Cardinalis Turriseremate, & quæ sequuntur.

Gregorii IV. Pontificis epistula, quæ incipit, DIVINIS.

Benedicti epistulæ duæ.

*Liber recens in charta forma folii.*

- 271 Innocentii III. Pontificis Maximi registri epistularum liber V. & XIII.

*Liber recens in charta forma folii.*

Leonis IX. registrum plenius, quam editum est, cum scriptis Humberti adversus Græcos. Supra numero 150.

- 272 Extravagantes diversorum Romanorum Pontificum.

*Liber in membranis annorum CC. forma folii.*

- 273 Gregorii X. in concilio Lugdunensi extravagantes.

*Libellus in membranis annorum C. forma quadrati.*

### *Regula Cancellariæ.*

- 274 Regulæ Cancellariæ a Joanne XXII. ad Innocentium VIII.

*Liber in membranis annorum CL. forma quadrati.*

- 275 Regulæ Cancellariæ iterum a Joanne XXII. ad Innocentium VIII. sive Nicolaum V.

Tancredi de Corneto summula quæstionum, cui nomen est Compendiosa, quod in ea variorum quæstiones terminantur.

*Liber in charta annorum C. & ultra forma folii.*

### *Decretorum Collectores.*

#### BURCHARDUS.

- 276 Burchardi Wormaciensis Episcopi decretorum libri XX. ex sanctorum Patrum sententiis ac generalium conciliorum atque summorum Pontificum collecti.

*Liber in membranis perantiquis annorum CD. forma folii.*

- 277 Burchardi iterum decretorum fragmentum a X. capite libri VII. ad caput LIII. usque libri XIX.

*Liber in membranis annorum CCCL. forma folii.*

- 278 Burchardi iterum decretorum aliud fragmentum a capite L. libri tertii ad initium libri XI.

*Liber in membranis annorum CD. & ultra forma folii.*

#### IVO CARNOTEN.

- 279 Ivonis Episcopi Carnotensis panormia, sive decretorum libri VIII. qui inscribuntur sacrorum canonum.

Isidori Hispalensis Episcopi expositio historiarum sacre legis ex diversis Patrum opusculis collecta, sive allegiarum in Genesim capita XXXI. In Exodum capita LIX. In Leviticum capita XVII. In Numeros capita XXXV. In Deuteronom. capita XXII. In librum Josue capita XVIII. In librum Judicum capita IX.

Bedæ presbyteri in IV. libros Regum, & in librum Esdræ.

*Liber in membranis annorum CCL. forma quadrati.*

- 280 Ivonis item epistularum volumen imperfectum, atque vetustate fere consumptum.

*Liber in membranis annorum CCL. forma quadrati.*

- 281 Ivonis iterum epistularum CCLXIX. ad diversos volumen.

*Liber in charta annorum LX. forma folii.*

#### A N S E L M U S.

- 282 Anselmi Episcopi Lucensis decretorum libri XIII. quibus præponitur ordo Pontificum Romanorum a B. Petro ad Paschalem II.

*Liber in membranis annorum CCC. & ultra forma quadrati.*

- 283 Anselmi iterum decretorum libri, sive collectio regularum, & sententiarum SS. Patrum, ac conciliorum, quibus item præponitur idem ordo, & de celebrando concilio.

Ambrosii libellus de vita, & ordinatione Episcoporum.

Gregorii Papæ epistula ad Joannem CP. & alios.  
*Liber recens in charta forma folii.*

### *Corpus Canonum.*

- 284 Corporis canonum quod sub titulo CANONES Apostolorum, & aliorum conciliorum circumfertur, fragmenta a Sardicensis concilii canonibus, usque ad Symmachi Papæ decreta.

*Liber in membranis annorum CD. & ultra forma folii.*

- 285 Corporis canonum aliud item fragmentum.

*Liber in membranis annorum CD. forma quadrati.*

### *Liber Casaraugustanus.*

- 286 Incerti auctoris decretorum sive sacrorum canonum collectio XV. libris, descripta ex veteri codice, qui fuit Hieronymi Zurite, nunc Aule Dei Cartusianorum prope Casaraugustam. Hoc libro sub titulo supra scripto utitur in dialogis de emendatione Gratiani, & in epitome Juris Pontificii veteris Antonius Augustinus Archiepiscopus Tarraconensis, cuius recens memoria in benedictione est.

*Liber in charta recens scriptus forma folii.*

### *Liber Tarraconensis.*

- 287 Incerti item auctoris collectio decretorum libris

bris vi. qua finita magna pars Corporis canonum sequitur, itemque Attici Episcopi CP. epistula formata. Hoc item libro sub titulo supra scripto utitur Antonius Augustinus ubi supra.

*Liber in membranis annorum CD. forma quadrati.*

### *Liber B. Mariæ Populeti.*

- 288 Incerti collectoris sacrorum canonum liber, qui fuit insignis Abbatiz B. Mariæ Populeti Cisterciensis ordinis, in quo magna pars Corporis canonum exstat, itemque de statu monachorum Gregorius Papa, & alii Pontifices. Hoc item utitur aliquando Antonius Augustinus sub titulo, LIBER Populeti.  
*Liber in membranis annorum CCC. forma enchiridii.*

### CRESCONIUS ET DIONYSIUS EXIGUUS.

- 289 Cresconii præfatio ad Liberium Papam de concordia canonum, & capitula tantum totius operis, quæ sunt CCXCVII.  
Dionysii Exigui ad Stephanum Episcopum præfatio canonum.  
Excerpta ex Ivonis Carnotensis Episcopi decretis.  
Aurelii Carthaginensis Episcopi ad Damasum Papam epistula, & alia Damasi ad Aurelium.  
Isidori Hispalensis Episcopi præfatio conciliorum.  
Joannis Papæ III. Anacleti II. Gregorii, & Urbani bullæ diversæ.  
Æliani de varia historia ex libro tertio excerpta de Aristotelis cum Platone inimicitii.  
Joannis Lascaris Patricii CP. ad Cardinalem Aragonium de dignitate, & nomine Despotæ.  
Incerti de moribus, & religione Maronitarum cum epistula Patriarchæ eorundem ad Leonem X. in concilio Lateranensi.  
Joannis de Zafco Archiepiscopi Gneznenfis, Regis Poloniæ Oratoris, descriptio nationis Ruthenorum cum erroribus eorundem in concilio Lateranensi anno MDXIV.  
Genesis Sepulvedæ dialogus Democrates II. de justis belli causis.  
Lilii Tyfernatis ad Xystum IV. epistula in librum Philonis eorum, quæ ad judicem.  
Legis Salicæ Francorum ad judicandum capita LXX.  
Leges Ribuariorum, sive Bamberiorum, & Alamannorum temporibus Lotharii Regis.  
*Liber in charta recens forma folii.*

### GRATIANUS.

- 290 Gratiani monachi Benedictini S. Felicis Bononiensis decretum ab Eugenio Papa III. approbatum, cujus titulus est, Concordia discordantium canonum.  
*Liber in membranis annorum CCC. & ultra forma folii.*
- 291 Gratiani iterum decretum.  
*Liber in membranis annorum CD. & ultra forma minori quadrati.*

*Tom. VII.*

292 Gratiani iterum decretum cum quibusdam scholiis in margine.

*Liber in membranis annorum CD. forma folii.*

293 Gratiani iterum concordia discordantium canonum cum adnotationibus Bartholomæi Brixienfis.

*Liber in membranis annorum CC. forma grandiori folii.*

294 Gratiani iterum decretum cum adnotationibus ejusdem Bartholomæi Brixienfis.

*Liber in membranis annorum CC. forma grandiori folii.*

295 Gratiani iterum decretum cum adnotationibus ejusdem Bartholomæi Brixienfis.

Mirabilia Romæ, opus sic inscriptum, cujus initium, MURUS urbis Romæ habet turres CCCXLI. castella XLVIII. &c.

*Liber in membranis annorum CC. forma grandiori folii.*

296 Gratiani iterum decretum cum adnotationibus Bartholomæi Brixienfis.

*Liber in membranis annorum CC. forma grandiori folii.*

297 Gratiani iterum aliud volumen superiori simile.

*Liber in membranis annorum CC. forma grandiori folii.*

### *Rosarium decreti.*

298 GUIDONIS de Basuino, sive de Baypho, al. Bayso, Archidiaconi Bononiensis ad Gerardum Episcopum Sabinensem Rosarium super decreto tribus libris.

*Liber in membranis annorum CC. & ultra forma grandiori folii.*

### *Flores decreti.*

299 ANDRÆ Faventini Generalis Servorum flores ex Gratiani decreto collecti.

*Liber in membranis annorum C. & ultra forma quadrati.*

### EPITOME GRATIANI.

300 Gratiani epitome decretorum, & apparatus Bartholomæi Brixienfis ab incerto auctore collecta.

Canones aliquot ex decretis Pontificum, & conciliis, & libris sanctorum Patrum, initio voluminis exstant.

*Liber in charta annorum CL. forma folii.*

### *Decretalium collectores.*

#### BERNARDUS CIRCA, ET ALII VETERES.

301 Bernardi Præpositi Papiensis, & mox Episcopi Faventini vetus collectio prima decretalium, sive Breviarium extravagantium, quarum postremæ sunt Alexandri III. & Lucii III. & aliorum ad Cælestinum III. cum quibusdam notis, & scholiis.

*Liber in membranis annorum CD. forma quadrati.*

302 Bernardi iterum eadem vetus prima decretalium collectio privata auctoritate.

N

Se.

Secunda vetus collectio decretalium post XII. annos a prima, quæ Gilberto, & Alano, sive Joanni Gallensi, vel Vallensi tribuitur, privata etiam auctoritate compilata.

Tertia vetus compilatio decretalium Pontificia auctoritate collecta tempore Innocentii III. a Petro Beneventano notario.

*Hæc omnia scholia, sive glossulas diversis auctoribus adscriptas habent, quæ Ant. Augustinus patronus meus amplissimus non edidit, sed tantum collectiones cum propriis notis.*

*Liber in membranis annorum CC. forma grandiori folii.*

RAIMUNDUS PENNAFORTIS.

303 Raimundi de Pennaforti Barcinonensis Pœnitentiarii Apostolici, ordinis Prædicatorum magistri generalis tertii, collectio decretalium, qua hodie utimur, quinque libris auctoritate Gregorii IX. Pont. Max. approbata.

*Liber in membranis annorum CCC. forma enchiridii.*

304 Raimundi iterum eadem collectio epistularum Pontificiarum.

*Liber in membranis annorum C. & ultra forma quadrati.*

305 Raimundi iterum decretalium collectio Gregoriana.

*Liber in membranis annorum CC. forma quadrati.*

306 Raimundi iterum collectio decretalium Gregoriana cum scholiis, sive glossis, ut vocant.

*Liber in membranis annorum CCC. forma folii.*

307 Raimundi iterum eadem collectio superiori similis.

*Liber in membranis annorum CL. forma folii.*

308 Raimundi iterum eadem collectio decretalium superiori similis, cui deest initium, & item finis.

*Liber in membranis annorum CC. forma quadrati.*

309 Raimundi iterum summæ de casibus in foro pœnitentiarii libri IV. ordinis titularum decretalium.

*Liber in membranis annorum CC. forma quadrati.*

310 Raimundi iterum summæ de casibus.

*Liber in membranis annorum CCL. forma enchiridii.*

311 Raimundi iterum summæ cum scholiis, sive glossis, ut vocant, incerto auctore.

*Liber in membranis annorum CCL. forma enchiridii.*

312 Raimundi pœnitentiarii Apostolici dubitabilia cum responsionibus ad quædam capita misa ad Pontificem.

Decretales aliquot, sive constitutiones Gregorii IX. tam in consiliis, quam in confessionibus necessariae.

Incerti expositio orationis dominicæ.

Magistri Raimundi summæ fragmentum.

*Libellus in membranis annorum CC. forma enchiridii.*

*Epitome decretalium & summa.*

O S T I E N S I S.

313 Henrici Segusii Cardinalis Ostiensis, & Archiepiscopi Ebredunensis summa aurea in v. libros decretalium.

Incerti de petitionibus, quæ continentur in oratione dominica, cum expositione articulorum fidei, & symboli, ac sacramentorum.

*Liber in membranis annorum CC. forma grandiori folii.*

G A U F R E D U S.

314 Gaufredi de Trano ecclesiæ Romanæ hypodiaconi summa in rubricas librorum quinque decretalium.

*Liber in membranis annorum CL. forma folii.*

315 Gaufredi iterum summa superiori similis.

*Liber in membranis annorum CL. forma quadrati.*

*Incerta summa.*

316 INCERTI summa librorum quinque decretalium, cujus initium, SICUT dicit lex, C. de veteri jure enucl. omnium habere memoriam, &c.

*Liber in membranis annorum CL. forma quadrati.*

317 INCERTI summa decretalium, cujus initium desideratur; secundus liber exorditur, LIBER secundus tractat de judiciis.

*Liber in membranis annorum CC. forma quadrati.*

318 INCERTI fragmentum summæ decretalium a libro IV. ad finem usque liber V. exorditur, PROXIME tractavimus de accusatione matrimonii.

*Liber in membranis annorum CCC. forma quadrati.*

BARTHOL. PISANUS.

319 Bartholomæi de S. Concordio Pisani ordinis Prædicatorum summa de casibus ad conscientiam pertinentibus quæ appellatur Magistrucia, & Pisana, ordine litterarum conscripta tempore Bonifacii XI. anno MCCCXXXVIII.

*Liber in membranis annorum CC. forma enchiridii.*

320 Bartholomæi iterum summæ de casibus fragmentum a littera A. ad I. usque.

*Liber in membranis annorum CC. forma quadrati.*

321 Bartholomæi iterum summa de casibus.

*Liber in charta scriptus anno MCDXLIII. forma grandiori folii.*

NICOLAUS AUSINUS.

322 Nicolai de Ausino, sive Ausmani ordinis Minorum supplementum summæ, quæ appellatur Magistrucia, cujus auctor Bartholomæus Pitanus ordinis Prædicatorum.

*Liber in membranis scriptus anno MCDLII. forma quadrati.*

323 Nicolai iterum idem supplementum.

*Liber in membranis annorum cc. forma quadrati.*

**BERN. COMPOSTELLANUS.**

- 324 Bernardi presbyteri Compostellani, Quarti Innocentii familiaris, notabilia novæ compilationis decretalium Gregorii IX. & in definitiones rubricarum a Gofirido, sive Gaufrido compositas.

Rubricæ decretalium, & earundem nomina intitulata, & posita secundum formam novæ compilationis.

Regulæ monialium inclusarum ordinis S. Damiani contentæ in bulla Innocentii, cujus data Lugduni octavo idus Augusti Pontificatus anno v.

Litteræ Arnaldi S. Mariæ in porticu diaconi Cardinalis, & protectoris ordinis, & sororum S. Claræ tempore Joannis Papæ XXI. quibus committitur regimen dictarum sororum generali ministro ordinis fratrum Minorum, & magistris provincialibus dicti ordinis, earum data Avinione XII. Kalendas Augusti MCCCXVII.

Ordo divini officii, sive notula rubricarum ad utilitatem rudium, ex diversis in unum collecta.

Fratris Francisci de Saona totius ordinis Minorum generalis ministri ordinationes, & reformationes dicti ordinis.

Ordo benedicendi vestes fratrum de poenitentia.

Regula fratrum, & sororum de poenitentia instituta a B. Francisco anno MCCXXI. & confirmata a Nicolao IV. MCCLXXXIX.

*Liber in membranis annorum cl. forma majori enchiridii.*

**PANORMITANUS.**

- 325 Nicolai Tudeschini Siculi monachi Abbatis Monacen. & mox Archiepiscopi Panormitani, & postea Cardinalis, notabilia Juris Canonici.

Incerti de judiciis ad torturam, & de tormentis.

Jacobi de Guimerano in titulum de rebus ecclesiarum alienandis, vel non; itemque in alios titulos.

Matthæi de Felicianis Perusini recollecta super rubrica de exceptionibus in decretalibus, & in librum de judiciis, in Clementinis MCDXXVIII.

Incerti super rubrica de constitutionibus.

Jacobi Vallis sicæ super ulaticis Barcinon. initium tantum.

Ejusdem de adulteriis secundum jura patriæ in Catalonia.

*Liber in charta annorum c. & ultra forma folii.*

**ANGELUS.**

- 326 Angeli Perusini Baldi fratris, margarita, sive repertorium decretalium.

Joannis de Lignano Mediolanensis de pluralitate beneficiorum jussu Quinti Urbani Pontificis.

Bartoli de Saxoferrato de insigniis, & armis.

Albertani de bona loquela.

Incerti de poenitentiis, & remissionibus, & de usuris, & negotiis sæcularibus.

Baldi super secundo decretalium.

Ludovici Pontani de Roma Spoletini aliquot repetitiones in jure civili.

Barth. Saliceti repetitio l. 2. tit. de noxal. C.

Aristotelis liber de arte cognoscendi hominum qualitates, qui item inscribitur, De secretis secretorum ad Alexandrum.

Incerti, qualiter te habebis quando surges, & de utilissima epistula ad conservandam sanitatem. Initium est, Cum hoc corpus.

Joannis de Lignano repressaliæ, & de bello.

Incerti notabilia quædam extracta ex decreto.

De arbitris rubricæ, Digest.

*Liber in charta anno MCCCLXXX. scriptus forma folii.*

*Memoriale Decretalium.*

- 327 Manfredi de Arriago Archiepiscopi Mediolanensis vicarii, Flores, & summa juris canonici, vel potius memoriale super decretales.

Guilhelmi de Monte Lauduno Abbatis summa novellarum, sive opusculum de modo argumentandi in jure Pontificio.

Incerti de septem vitiis capitalibus, cujus initium, SUPERBIA est elatio vitiosa, &c.

*Liber in membranis annorum cl. forma enchiridii.*

- 328 Incerti varix resolutiones secundum ordinem titularum secundi libri decretalium collectæ ex dictis, & sententiis doctorum tam sacræ paginæ, quam decretorum, & legum in genere. Incerti de electione Papæ, & de concilio, & de schismate Benedicti.

*Liber in charta annorum lx. forma grandiori folii.*

*Decretalium interpretes in Gregorii collectionem.*

**INNOCENTIUS IV.**

